



Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/beitraegezurkenn03seyf>

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS
DER
LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE
UND
GESCHICHTE
DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOLOG. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN. AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON. OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON. SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

DRITTES HEFT.

MIT

II LITHOGRAPHISCHEN TAFELN.

LEIPZIG

VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.

1833.



P A R S II.

PANTHEON AEGYPTIORUM ASTRONOMICUM

SIUE

SYMBOLICE ASTRONOMICICO - HIEROGLYPHICA.

ACCEDUNT

TABULAE II LITHOGRAPHICAE.

Chaeremon aliique permulti non alios Aegyptiorum, in ipsis scriptorum suorum exordiis, ponunt deos praeter vulgo dictos planetas, et zodiaci signa, et stellas simul cum his in adspectum venientes, et sectiones Decanorum, et Horoscopus.

PORPHYRIUS.

§. I.

I n t r o d u c t i o.

Quum de planetis atque Zodiaci partitionibus apud veteres Aegyptios vsitatis disputatum sit in superioribus; iam quaeritur, quibus symbolis haec natio tum planetas, tum partes Zodiaci expresserit. Omnes enim populi astronomiam factitantes signa quaedam adhibuerunt, quibus planetas atque segmenta Zodiaci significarent. Quod quidem non potuit non fieri aut phonetica, aut symbolica ratione, aut vtroque modo coniuncto. Sic nostri astronomi primum Aegyptiorum planetam vocant *Lunam*, primumque Zodiaci dodecatemorium *Arietem*, quorum symbola haec habent: ♃, ♈, et sic in reliquis. Quum vero constet, Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus astronomiam factitasse scriptisque patriis celebrasse, quumque dubitari nequeat, esse inter hieroglyphica Aegyptiorum monumenta, quibus observationes astronomicae describantur; opus est, accuratius demonstrare, quibus vocabulis signisque hieroglyphicis illi vsi fuerint in scriptis suis astronomicis. Quamquam enim in superioribus dictum est de nonnullis planetarum et segmentorum eclipticorum nominibus, atque de variis eorum symbolis, quippe quae in scriptis Graecorum, Latinorum Coptorumque astronomicis occurrunt; haec tamen non sufficiunt ad interiorem astronomiae Aegyptiacae naturam intelligendam et ad integram huius populi symbolicen astronomicam instruendam. Itaque hoc potissimum agitur, vt demonstretur, quibuscunque figuris, aut simplicibus, aut compositis, Aegyptii tum planetas, tum singulas coeli partes significauerint. Qua quidem in dissertatione antiquam rationem seruabimus. Scilicet veteres scriptores ante omnia audiamus, quippe qui, vt nihil fere antiquitatis scitu dignum omiserunt, ita quoque de symbolice Aegyptiorum astronomica plurima, eaque grauissima tradiderunt. Veterum vero tanta est cum in aliis, tum hac in re auctoritas, tantusque inter singulos consensus, vt, quum eos duces sequimur, a scopo aberrare haud facile possimus. Atque vt libere dicam, quod antiquitatum scrutatores, maxime mythologi, magis suo ingenio indulserunt, quam veterum auctoritati fidem habuerunt his in quaestionibus, inde euenit, vt grauissima ac prima Aegyptiorum ars tam diu incognita manserit, vt tanti in chronologiam, historiam, mythologiam aliasque disciplinas errores irreperint. Quamquam enim Jablonskius, Vir S. V., rectam et veram viam ingressus est ad astronomiam et mythologiam Aegyptiacam illustrandam; recentiores tamen huius viri nunquam satis laudandi rationem non argumentis refellerunt, sed iniuste quidem damnarunt atque non Incem et ordinem, sed tenebras et disordinem in disciplinas, quas diximus, denuo intulerunt.

§. 2.

De principio hieroglyphices astronomicae.

Quum quaerimus, quaenam lex fuerit summa hieroglyphices Aegyptiorum astronomicae, siue quomodo Aegyptii planetas atque signa zodiacalia reliquasque eclipticae partes significauerint in vniuersum; ad id nemo est, qui tam clare, tam accurate, tam diserte respondeat, quam Chaeremon, sacerdos Aegyptius, apud Porphyrium ¹⁾. *Chaeremon*, inquit Porphyrius, *aliqui multi, nihil quid agnoscunt, ante mundum hunc adspectabilem, neque alios Aegyptiorum, in ipsis scriptorum suorum exordiis, ponunt Deos, praeter vulgo dictos planetas, et Zodiaci signa, et stellas, simul cum his in conspectum venientes, et sectiones Decanorum, et Horoscopus. — Quippe videbat enim, qui Solem vniuersi architectum esse dicerent, ab illis non ea tantum, quae ad Osiridem Isidemque pertinent, sed etiam quicquid sacrarum fabularum erat, partim in stellas earumque conspectus, occultationes occursusque, partim in Lunae modo crescentis, modo senescentis, varietatem, partim in Solis cursum, vel in nocturnum, aut diurnum hemisphaerium, vel in Nilum fluuium, cuncta denique in res naturales, nihil in naturas corporea mole carentes viuentesque, conferri.* Itaque ex hoc loco clarum est, numina Aegyptiorum omnia, siue quaecunque hoc a populo diuino honore haberentur et colerentur, ea significare partim planetas, partim segmenta zodiacalia, partim reliquas diuisiones astronomicas. Ergo symbola planetarum et segmentorum Zodiaci sunt Dii Deaque Aegyptiorum, variis modis cogitatae variisque imaginibus expressae, atque aliae eorum res sacrae. Constat enim, Aegyptios non solum numinum suorum idola habuisse, sed etiam animalia, arbores, plantas aliasque res sacras vt deos coluisse. Chaeremon vero, cum quo multos alios consentire dicit Porphyrius, vir longe eruditus et doctus, fide omnino dignissimus est. Chaeremonem enim fuisse Scribam Sacrorum, *ἱερογραμματῆα*, inter principes sacerdotum, qui interiorum mysteriorum notitiam haberent, ex Eusebio constat. Eundem Porphyrius philosophiae Stoicae addictum nuncupat ²⁾. Sunt vero et alii multi, qui cum Chaeremone consentiant. Sic Julius Firmicus in astronomia sua Aegyptiaca planetam ♃ vocat *habitatorum rupis Tarpeiae* ³⁾. Quo vnquam vero iure ♃ planetam dicere licuisset Jouem Capitolinum, si statua Jouis Capitolini non symbolum fuisset ♃ planetae? Item Firmicus decanos, siue dominos decuriarum per duodecim signa dispositos, quippe planetas, diserte deos appellat ⁴⁾. Papyri Graeco-Aegyptiaca cum constellatione et natiuitate Anubionis, cuius explicationem infra dabimus, hic est titulus: *ἑπτα θεοί*; ex quo apparet, septem Aegyptiorum deos primarios fuisse septem planetas ⁵⁾. Idem sibi volunt septem Aegyptiorum atque aliarum nationum Cabyri, גבירים, quorum pater Sadye, vel Sydic, Vulcanus, siue Deus O. M. fuisse fertur, qui quidem sexcentis a veteribus commemorantur ⁶⁾. Cabyrorum vero templum Memphi exstabat, teste Herodoto. Eosdem

1) Porph. in epistola ad Anebonem in Jamblichi de mysteriis Aegypt. libb. p. 7.

2) Euseb. Praeparat. Euangel. L. V. c. 10., Porphyr. de Abstin. L. IV. p. 371.

3) Jul. Firm. Matern. Astron. Lib. I. cap. IV. fin. pag. 14.

4) Firmicus L. IV. c. XVI. p. 107. per 12 „signorum“, inquit, „numerum deorum, seu decanorum multitudo diuiditur“.

5) Pars III. Astron. Aeg. §. 2. Vide Young Hieroglyphics Tab. LII.

6) Herodot. Lib. II. c. 37. 154., Syncell. p. 18., Cicero de Nat. Deor. L. I. c. 13., Clemens Alex. Protrep. p. 44. septem dicit esse deos planetas, octauum vero, qui ex his omnibus constat, mundum.

Cabyros Samothraceas vocarunt *θειος μεγαλους* et *δυνατους*, atque in Laconia Pausanias septem Cabyrorum columnas vidit ⁷⁾. Etiam Graeci, ut Plato tradit, septem planetas coluerunt ⁸⁾. Apud Arabes vero usque ad septimum saeculum post Christum planeta ♀ כבך, *Χυβαρ*, appellari consuevit. Apud Persas quoque septem principes (planetae) summi regis (Dei O. M.) faciem adspicere atque post hunc summam potestatem exercere dicuntur. Hinc sanctitas illa numeri septenarii per totam antiquitatem celebrata. Hinc septem Aegyptiorum ordines, quorum nobilissimus, nimirum sacerdotum ordo, Soli consecratus fuit. Quid? quod numi Aegyptiaci exstant astronomici, in honorem imperatorum Romanorum excusi, quibus septem planetae septem deorum summorum Graecorum Romanorumque imaginibus et adtributis exprimuntur ⁹⁾. Hinc septem hebdomadis dies a septem numinibus maximis, quippe planetis, appellantur. Ipse Manetho, sacerdos Aegyptius, in libro suo astrologico septem planetis non solum nomina deorum tribuit, sed iis etiam uti numinibus sacrificari diserte tradit ¹⁰⁾. Aegyptiorum vero deos planetas fuisse, Eusebius luculenter demonstrat. *Phoenices quidem et Aegyptios*, inquit, *omnium primos Soli, Lunae atque stellis* (planetis et fixis) *diuinitatem tribuisse, vulgatum est, iisdem solis rerum omnium ortus interitusque causam assignasse* ¹¹⁾. Etiam Proclus planetas deos vocat et dominos mundi, *κοσμοκρατορας* ¹²⁾. Haec de cultu planetarum in vniuersum. Aegyptios vero singulos planetas pro diis, vel singula idola pro planetis habuisse, tam multa veterum loca testantur, ut omnia afferre taedeat. Sic Herodotus vidit, ☉ et ☽ per totam Aegyptum coli, quod Diodorus Siculus et Eusebius confirmant ¹³⁾. Eadem fere tradit Diogenes Laertius. *Aegyptiorum*, inquit, *de diis philosophia talis est. — Solem ac Lunam deos esse, alterumque Osirin, alterum Isin appellatos* ¹⁴⁾. Quum vero Osiris et Isis variis Aegypti in locis culti fuerint suaeque et templa et idola cum insignibus propriis habuerint; clarum est, horum numinum et nomina et imagines symbola fuisse ☉ et ☽ apud Aegyptios. Similiter Proclus stellam ♀ Apollinem, stellam ♂ Herculem vocat ¹⁵⁾. Constat vero duo in Aegypto numina culta fuisse, quae Graeci cum Apolline et Hercule compararent; ex quo sequitur, illa numina, ut efficta et insignibus ornata, planetarum ♀ et ♂ symbola fuisse. Eandem sententiam ipsa Scriptura Sacra confirmat ¹⁶⁾. Scriptores enim inspirati iterum iterumque inuehant in nefandam illam Aegyptiorum idololatriam, cultumque animalium, a qua populum Israeliticum

7) Vid. Jablonskii Pantheon Aeg. Proleg. p. LXI. ss.

8) Platon. Cratylus pag. 63. Bas. ed. Idem de Zabii tradit Maimonides. Vid. Dan. Millius Diss. D. IX. p. 278. s. ed. prima.

9) Vid. Dupuis Origine de tous les cultes Vol. I Tab. II. pag. 178. Kreuzer Symbolik Tab. VI. No. 12.

10) Manetho Apotelesmat. L. I. ver. 293. ubi planetae vocantur: ☉ *Πλιος*, ☽ *Μινη*, ♃ *Τρηης*, ♀ *Κυθιρει*, ♂ *Αρης*, ♀ *Ζευς*, ♁ *Κρονος*, quibus quidem omnibus ceu Diis sacrificia offerantur.

11) Euseb. Praeparat. Euangel. L. I. cap. 6. Prolixius eadem tradit Lib. III. c. 4.

12) Procl. in Platon. Tim. L. IV. pag. 251.

13) Herodot. Lib. II. cap. 42. Diod. Sic. L. I. cap. 10. Eusebius Pr. Eu. L. III. c. 4.

14) Diogenes Laert. in Prooemio de vitis philosophorum §. 10.

15) Procl. Diadochi Paraphras. in Ptol. L. I. c. IX. p. 33. §. 4. II Col. Ptolemaei Quadripart. L. I. c. IX. p. 8. Vide supra pag. 31. sign. III.

16) Amos V. 25. 26. col. LXX. et Actor. VII. 43. Deuter. IV. 19. Iob. XXXI. 26. 27. 2. Reg. XVII. 16. Exod. VIII. 25. 26.

coercere studuerunt. Qualis ille fuerit cultus, ex eo apparet, quod Israelitis, quum in idololatriam Aegyptiam reciderent, exprobratur, eos *portasse tabernaculum Molochi* atque *Astrum Dei Kiun*, vel *Remphah*. *Moloch* enim ipse est ♂ planeta, vt vidimus ¹⁷⁾. Quod hoc ipsum vocabulum demonstrat, quippe a מלחמה, לחם, ἄλλυ, bello, bellare, pugnare deriuandum. Bellum enim proprium est ♂ planetae ¹⁸⁾. Astrum vero כיוון כיוון est ♃ planeta. Ex his itaque locis clarum est, ♂ et ♃ planetas vt deos ab Aegyptiis cultos, eosque reliquorum ad instar statuis, aut aliis symbolis expressos fuisse. Israelitas vero ♂ et ♃ symbola portasse, non licet mirari, quum habitauerint in iis Aegypti regionibus, quibus haec numina praecipue colerentur, de quo infra ¹⁹⁾. Iam vero Aegyptios non solum planetas, sed etiam signa Zodiaci et Decanos pro diis habuisse, vt Chaeremon tradidit, vix opus est pluribus demonstrare. Vidimus enim Firmicum ipsum Decanos nuncupare Deos ²⁰⁾. Teste Herodoto, antiquissimis iamiam temporibus in Aegypto, duodecim dii magni ex octo numinibus maximis prodierunt ^{20*)}. Cuius effati hic esse videtur sensus. Antiquitus Aegyptii, quum Cabiros 8 solummodo colerent, etiam 12 signa Zodiaci in Deorum numerum receperunt; aut, quum Zodiacum initio in 8 partes secundum 8 Cabirorum numerum diuiderent, subinde duodecim signa, siue partes Zodiaci distinxerunt, quarum numina praeposita, seu domini, ad secundum deorum Aegyptiorum ordinem pertinent. Vt sit, eodem loco Herodotus tradit, Herculem, quem ♂ planetam significare vidimus, ex 12 diis fuisse; ex quo intelligitur, Herculem hoc loco dominum signi, seu domicilium ♂ significare, de quo supra dictum. Ceterum inter 12 deos Aegyptiorum magnos, quorum idola Thebis in templo quodam prostiterunt, ab Herodoto aliisque alia quoque numina referuntur, quae alias in planetis seu Cabiris recensentur ²¹⁾. Eadem vero est ratio astrologorum, qua planetarum numina etiam signis Zodiaci praesunt. Quid? quod menses Aegyptiaci, qui 12 dodecatemoriis eclipticis respondent, ad planetas vel dominos signorum referuntur, de quo infra. Huc accedit, quod veteres, vt Aratus aliique, teste Tatio, 12 signa coelestia εἰδωλα dixerunt ²²⁾. Idola vero illa partim sunt Dii, partim animalia, deorum symbola. Ceterum inter Deos Aegyptios homines nunquam relatos esse, vt Chaeremon affirmat, Herodotus aliique multis in locis testantur ²³⁾. Apprime huc facit Scriptura Sacra ²⁴⁾. Idololatrae enim illi dicuntur, non solum Planetas pro Diis habuisse, sed ipsa quoque signa Zodiaci, seu Domus, منزل, מזלות. Idololatria quidem Chaldaica non diuersa fuit ab Aegyptiaca. Etiam constat, totam Aegyptum ad instar Zodiaci in 12 prouincias atque in 36 nomos diuisam fuisse, quorum in singulis singula

17) Vid. supra Pars I. §.4. pag.12. No.5.

18) Vid. supra Pars I. §.49. 3. p.61.

19) Vid. infra Pars II. §.5.

20) Firmic. L.IV. c.XVI. p.107.

20*) Herod. L.II. c.43.

21) Herod. L.II. 46. 145. 144.

22) Achill. Tat. Isagog. in Petauii Vranol. p.145.

23) Maximus Tyrius Dis. XXXVIII. p.455. Ox. 1677. Lucian. in Deor. Concil. Opp. II. p.951 ss. Salm. Herod. II. 50. 143. al.

24) 2. Reg. cap.23. v.4. 5. — Praecepit rex, vt eiicerentur, quae facta fuerant Baal, et in luco, et vniuersae militiae coeli. — Deleuit eos, qui adolebant incensum Baal, et Soli, et Lunae, et duodecim signis, et omni militiae coeli. Vulgata Vers.

numina sua haberent templa suisque modis colerentur. Satis enim constat de variis Aegyptiorum festis variis in locis celebratis variorumque numinum in honorem institutis. Numina vero illa prouinciarum et nomorum sunt domini signorum atque Decani, de quo accuratius infra. Denique, quod supra demonstratum est, Aegyptii non solum planetis, sed etiam 12 signis, Decuriis, Horiis et reliquis coeli particulis diuinas virtutes et proprietates adscripserunt, quod fieri non potuisset, si stellas, vel varias Zodiaci diuisiones pro Diis non habuissent ²⁵). Vidimus enim suprema Aegyptiorum numina fuisse planetas, hinc Signa Zodiaci, hinc Decanos, hinc reliqua vsque ad Moeras, quippe infimos deos. Quid dicam denique de eo, quod Homerus ipse Oceanum dicit lauacrum deorum, scilicet planetarum, signorum Zodiaci et reliquarum stellarum (Iliad. R. A. 423. Hymno ad Lunam v. 7.)? Quotidie enim sidera coeli ad Oceanum Homericum descendunt eoque lauantur. Annon clarum est, etiam ex Graecorum, quippe ab Aegyptiis doctorum, sententia non esse Deos praeter planetas et Zodiaci partes? Iam satis de symbolice Aegyptiorum astronomica in vniuersum. Sufficiunt enim haec veterum testimonia ad confirmandum id, quod Chaeremon tradit, Aegyptios non alios Deos Deasque habuisse, nisi planetas atque stellas fixas, quas diximus. Iam vero haec grauissima sunt. Ab hoc enim argumento tota pendet explicatio scriptorum astronomicorum, quotquot supersunt, Aegyptiacorum. Quum enim verum est, quod tot veteres scriptores tradunt, omnia Aegyptiorum numina origine esse astronomica, iam nouimus certe in genere, quibus symbolis Aegyptii in monumentis suis astronomicis partim planetas expresserint, partim varias illas Zodiaci partes, quarum in finibus, certo quodam tempore, planetae apparuerint. Inde enim sequitur:

I. Varia numinum Aegyptiorum nomina et cognomina, quae veteres auctores atque inscriptiones Aegyptiacae, Copticae, Graecaeque nobis conseruarunt, ad planetas aut Zodiacum referenda esse.

II. Varias Deorum Dearumque imagines, quae in omnibus fere monumentis Aegyptiacis cernuntur, quaeque insignibus suis aliisque adtributis facile dignoscuntur, esse symbola aut planetarum, aut partium Zodiaci.

III. Varia animalia, arbores, plantas, instrumenta, artificia eiusque generis alia, quippe variis Diis sacra eorumque symbola, eadem quoque nunc ad planetas, nunc ad Zodiaci partes indicandas adhiberi potuisse ac debuisse in scriptis Aegyptiorum astronomicis.

§. 3.

A r g u m e n t a c o n t r a r i a .

Quamquam Chaeremon, sacerdos Aegyptius, clarissime et disertissime tradat, vt vidimus, Aegyptios non alia habuisse numina praeter astronomica; et quamuis Herodotus, Diodorus, Proclus, Firmicus, Diogenes Laertius, Manetho, Scriptores Sacri aliique permulti confirment, id quod Chaeremon contendit: huic sententiae tamen non pauca argumenta eaque grauissima obstare videntur. Primum enim non satis intelligitur, quomodo natio nobilissima et sapientissima, per

25) Vid. supra P.I. §.46. 47. seqq. pag 55.

totam antiquitatem laudatissima, quae fuit Aegyptiorum natio, adeo impietatis et superstitionis procedere potuerit, ut numinis aeterni, omnipotentis et clementissimi loco, astra inertia, animalia bruta, aliasque res viles et abiectas, in rerum natura conspicuas, diuino honore prosequeretur atque eiusmodi a nugis veram salutem repeteret. Ad haec vero respondendum, veriolem Dei O. M. cognitionem et cultum sensim sensinique demum in Aegypto quoque periisse, eamque nunquam plane abrogatam fuisse. Haec enim philosophiae est ratio, ut aut quaquaorsum exspatiatur, aut, quum sibi constet, paulatim in deteriolem statum delabatur. Ceterum mysteria Aegyptiorum habita docent, veriolem fidem inter paucos certe propagatam fuisse. Etiam diserte veteres tradunt, in tantis Aegyptiorum ineptiis sapientiam quandam latuisse, quam theosophiam arte symbolica, veluti vestimentis, inuolutam, dicere licet. Sic Proclus, quamuis astrologiae assecla, planetis dicit Deum insensibilem et aeternum uti ut organis temporum²⁶). Simile habet Arnobius, dicens: non ignorasse antiquos, nihil habere Numinis signa, neque vllum omnino inesse his sensum; sed propter indomitum vulgus ea formasse salutariter²⁷). Qua de causa mythologia Aegyptiaca, quamuis abominanda et nefanda, initio saltem veriolem religionem in se continuisse ac inuoluisse videtur, donec in polytheismum et pantheismum degeneraret.

Grauioris momenti est, quod obiicitur, mythologiam Graecam, quae cum Aegyptiaca artissime cohaereat, non constare numinibus astronomicis. Sane concedendum est, mythologiam Graecam et Aegyptiam artissime inter se coniungi, quod veteres testantur atque vtriusque gentis numina inter se comparata demonstrant. Imo probabile est, vtramque religionem aut parem fuisse initio, aut, quod Herodotus aliique volunt quodque Aegyptiorum in Graecia coloniae antiquissimae probant, totum fere Pantheon Aegyptiacum antiquitus in Graeciam venisse. At distinguendum est inter antiquam Graecorum fidem et recentiorum commenta philosophica et mythologica. Sic multis persuasum est, omnem paganismum ex eadem radice prouenisse atque omnes gentium mythologias ita ut ramos vnius arboris inter se coniungi; atque demonstrare posse credunt, mythologiam Aegyptiacam pariter atque Chaldaicam, Phoeniciam, Persicam, Indicam, Sinensem, quid? quod Mexicanam, Germanam aliasque fundamento astronomico eodem inniti: sed eadem mythologiae variis in terris subinde adeo suo quaeuis modo excoli et mutari coeperunt, ut nunc non nisi in principiis inter se consentire videantur. Quam ob rem non mirum est, Pantheon Graecum ab Aegyptiaco plurimis numeris differre. Quod discrimen in eo potissimum consistit, quod Graeci naturam deorum insensibilem, seu *ἀναισθητον*, maxime ante oculos habuerunt atque, ut vno verbo dicam, religionem de coelo in terram detraxerunt. Mythologia enim Graeca potius in terrae finibus rebusque proprie naturalibus versari cernitur, qua de causa et heroes inter deos retulisse Graeci videntur²⁸). At vero principia mythologiae Graecae atque Aegyptiaca eadem fuisse, certo certius est atque solo ex Herodoto facile demonstrari potest. Ceterum, si nullum vtriusque mythologiae statuas vinculum, non agitur de Graeca, sed de Aegyptiaca mythologia,

26) Proclus in Platon. Tim. Lib. IV. pag. 251. Vide quae Jablonskius affert in Pantheo Aeg. Prol. p. XLI. §. XXII ss. p. LXXIX.

27) Arnobius aduersus Gentes L. VI. p. 208.

28) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. Proleg. §. XXI. p. XLIII. ss.

cuius numina clarissimis et certissimis veterum locis, vt vidimus, ad planetas atque Zodiacum referuntur.

Porro commemorantur Aegyptiorum Dii, qui partim ad nullum planetam, aut Zodiaci signum, partim ad plura referri posse videntur. Sane de multis numinibus aut paucissima, aut tam aliena praedicantur, vt difficillimum sit de natura eorum astronomica iudicare. Sed haec nulla est ratio negandi, eiusmodi Deos Deasue, quod de aliis clarum est, ad astronomiam spectare. Sunt enim multa, quae veteres obiter monuerint, aut omiserint. Neque hoc negari potest, nonnulla Aegyptiorum numina secundum quasdam proprietates et adtributa atque symbola, quae veteres iis adscribant, non ad vnum planetam aut Zodiaci partem, sed ad plures iure meritoque referri posse. Quod non licet mirari. Vidimus enim in superioribus²⁹⁾, esse quasdam vires, effectus et symbola binis ternisque planetis communia. Ceterum, theologiam in mysteriis habitam fuisse apud Aegyptios, quis est, qui ignoret? Atque haec est mysteriorum veterum ratio, vt ambiguitate impediatur nouitios, vel profanos. Quod egregie pluribus exposuit Meyerus, Vir S. V.³⁰⁾. Nulla vero est ambiguitas, quin in se ipsa habeat solutionem suam.

Denique sunt Aegyptiorum numina, quae non ad coelum, sed diserte ad terram resque naturales referantur, veluti Deus Nilus. Haec Chaeremon quoque loco laudato luculenter docet. Sed bene hoc loco tenendum est id, quod astronomi nostri tradunt, scilicet omnem rerum naturam, tum coelum, tum terram, tum adspectabilia, tum inadspicua, septem planetarum imperio subiecta esse³¹⁾. Quemadmodum planetae praesunt 12 Signis, Decuriis, Horiis, Dodecatemoriis, Moeris aliisque coeli partibus; ita etiam dominantur regionibus coeli, terrarum tractibus, montibus et vallibus, fluminibus et maribus, variis hominum generibus, animalibus, arboribus, plantis, saxis, metallis aliisque rebus, quarum indicem supra exhibuimus. Atque haec innuit egregius antiquitatis scrutator Eusebius, dicens, *mundum inter septem planetas diuisum esse*³²⁾. Rem plane eandem tradit Cicero (Nat. D. I. c. 13). *Deos, ait, esse octo; quinque qui in stellis vagis (planetis) nominantur; vnum (terrarum orbem) qui ex omnibus sideribus, quae infixa coelo sunt, ex dispersis quasi membris, simplex sit putandus deus; septimum ☉, octauam ♃*. Quae verba clarius adhuc explicat Clemens (Protrept. p. 44), dicens, *esse septem Deos planetas, octauum vero, qui ex his omnibus constat, mundum*. Iam clarum est, etiam terrestria Aegyptiorum numina ad coelestia, siue ad astra referri debere. Quamquam enim non exigua inde ambiguitas oritur, res tamen non aliter fert. Sic quum e. g. Aegyptii Iouem suum nominant; in oculos incurrit, hoc nomine innumeras fere notiones et ideas innui. Cogitandum enim est primum de Planeta Deo, hinc de domino signorum, hinc alio respectu de domino temporis, aut de terrae tractu, aut vento, aut fluuiio, aut alio numine. Quam ob causam de Diis Aegyptiis res maxime variae et diuersae

29) Vid. Pars I. §. 54.

30) Joh. Fried. von Meyer Blätter für höhere Wahrheit. Vol. V. Francofurti a. M. 1824. p. 113.

31) Vid. Pars I. §. 46. 47. ss. Col. Tab. lithogr. I.

32) Euseb. Praep. L. III. c. 9. etiam haec habet: Ea porro Aegyptiorum doctrina fuit, ex quibus, vti suam Orpheus Theologiam hauserat, ita mundum vtique Deum esse voluit, ex pluribus Diis, tamquam sui partibus (nam ipsas quoque mundi partes Deorum in numero ab ipsis repositas fuisse, ante demonstrauimus) compositum et constitutum.

praedicari poterant. Sic in columna notissima Isidis haec Dea vocatur domina regionis Nisaeae, tum domina nomi et vrbis Bubastis, tum nutrix Aegypti. Eadem dicitur Saturni filia natu maxima et Mercurii discipula, inuentrix frugum et oriens in Canis sidere^{32*}). Quae quidem mythorum, vel adtributorum diuinorum repugnantiae explicari sane nequeunt, quum obliuiscimur, Aegyptios ad vnum idemque numen, vel ad eundem planetam permultas et peruarias mundi partes retulisse. Idem valet de nominibus numinum. Quamquam enim aliis ea nominibus vocarunt, quum sunt planetae; aliis, quum sunt signorum domini aut Decani; aliis porro, quum ventis, aut regionibus, aut nemoribus, aut fluuiis aliisque rebus praesunt: manet tamen in omnibus genuina quaedam indoles, veluti genuina substantia. Hanc quidem ob causam veteres Solem et Lunam et alios planetas vocarunt nunc *μυριοννμοις*, nunc *πολυοννμοις*³³).

Itaque nihil obstat, quin concludamus, omnes Aegyptiorum Deos Deasque proprie ad astronomiam spectare. Quum vero mythologia Aegyptiorum est astronomica; sequitur, omnes personas eorum mythologicas esse symbola astrorum tum planetarum, tum partium Zodiaci. Quod quidem ante omnia nobis hac nostra de Aegyptiorum astronomia disputatione demonstrandum erat. Quum vero Aegyptiorum numina sua habeant nomina singularia, atque variis imaginibus et insignibus peculiaribus exprimantur, nec non variis animalibus aliisque rebus sacris significantur; triplex Aegyptiorum est symbolice astronomica, *phonetica* scilicet, *imaginea* atque *mimetica*, si dicere licet. Animalia enim et caetera sacra Deorum, quorum symbola sunt, naturam imitari dicuntur.

§. 4.

Nomina mythologico - astronomica.

Admodum probabile est, innumera fere fuisse numinum Aegyptiorum nomina et cognomina. Quum enim ipse Sol et Luna nunc *μυριοννμοι* nunc *πολυοννμοι*, vt vidimus, dicantur; vix dubium est, quin veteres reliquis etiam planetis varia nomina tribuerint. Quemadmodum vero Dii Aegyptiaci aliis nominibus appellantur, quum planetas significant, aliis, quum dominantur 12 Signis coelestibus, aut 36 Decuriis; ita quoque tamquam patroni 60 Horiorum, et 120 Toporum, et 144 Dodecatemiorum, et 360 Graduum, et aliorum domiciliorum domini sua nomina peculiaria tenuisse videntur. Nihil dicamus de dominis regionum, ventorum, aquarum aliarumque rerum terrestrium, nihil de Chronocratoribus. Sed de his nominibus mythologico-astronomicis admodum pauca veteres nobis conseruarunt, quorum catalogus infra. His accedunt nomina planetarum vulgaria, signorum Decanorum, Stationum Lunarium, Mensium atque regum Aegyptiacorum primorum³⁴). Non ineptum esset hoc loco, omnia haec vocabula explicare atque ad radices suas Copticas reducere; sed vereor, ne operam et oleum perdam. De nominibus enim Deorum Aegyptiacorum passim Jablonskius disputauit in Pantheo suo, quorum multa nimis incerta esse videntur; certiora infra afferantur. Decanorum nomina Salmasius tentauit; sed de his dolendum, miram esse codicum atque Firmici et Valentis discrepantiam. Signorum vero et Stationum Lunarium nomina,

32*) Diodor. Sic. Biblioth. Lib. I. cap. 27. pag. 31.

33) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. Vol. I. p. 157. ss. II. 55. ss.

34) Vid. sup. P. I. §. 4. §. 17. §. 32. rel. pag. 12. 23. 40.

quamuis ex antiqua Aegyptiorum lingua orta et corrupta esse videantur, nunc nimis ad Graecum genium adspirant, quin facile explicari possint. Verbum addere liceat de primis Aegyptiorum regibus, quorum nomina nondum satis perspecta esse videntur, atque de nominibus mensium et planetarum propriis. Quibus in vocabulis explicandis tenendum est in vniuersum, omnia veterum nomina fuisse significantia atque maximam esse linguae Copticae cum Semiticis atque Graeca conuenientiam et affinitatem. Primum quidem (sup. p. 12) de Luna $\iota\omicron\zeta$, Thebaice $\omicron\omicron\zeta$ et $\omega\zeta$, Jablonskius iam demonstrauit, eam non diuersam esse ab Archiuorum Ione, adstipulante Herodoto ³⁵). Quum Eustathius tradat ³⁶), nomen Io vel $\mu\iota-\iota\omicron\zeta$ Lunae esse mysticum, non proprium; licet hoc vocabulum a Coptorum $\mu\iota-1\alpha\zeta$, $\mu\iota-1\omicron\zeta\iota$, $\mu\iota-1\alpha$, $\mu\iota-1\epsilon\iota\alpha$, $\kappa\iota\alpha$ *vallis, campus* deriuare. Nam \mathfrak{D} , vt astrologi tradunt, praefuit locis infinis, maxime depressis, atque agrorum culturae, quippe domina infusae sphaerae, quemadmodum \mathfrak{Z} et \mathfrak{H} , domini altissimarum sphaerarum, montium cacuminibus praestant ³⁷). Etiam vocabula *Μην*, *Μηνη*, sunt origine Aegyptiaca, quippe cum $\mu\eta\eta$, $\mu\omicron\eta\eta$, $\mu\omicron\eta\iota$, *stare, pascere, alere* conuenientia, vnde *μεμειν*, *μενειν* atque *Μηνης*. Ipsum $\varsigma\gamma\lambda\eta\eta\eta$ verbis $\varsigma\iota\omicron\gamma$ *stella, astrum*, et $\lambda\epsilon\omicron\eta$ *pulchra quaeque ornamenta*, aut $\rho\alpha\eta$, $\rho\alpha\eta\iota$, *placitum, pulcrum*, vnde Latinorum *Luna*, Graecorum *Σεληνη*, constare videtur. Porro nomen \mathfrak{Z} *Ἐρμης* ab $\epsilon\rho-\mu\alpha\iota$, $\mu\eta\iota$, $\mu\epsilon$ *purum, verum esse*, aut ab $\omega\rho$ et $\mu\alpha\delta$ *abundare (auro)* deriuari potest, quam ob rem \mathfrak{Z} Graece *χορσοφης, στιλβων* atque coloris *ἀληθινου* dicitur ³⁸). Etiam vidimus auri tractationem Planetae \mathfrak{Z} conuenire secundum astrologos. Nomen \mathfrak{F} $\varsigma\omicron\gamma\rho\omicron\tau$, $\varsigma\omicron\gamma\rho\omega\theta$ congruit cum \mathfrak{Z} *Zoharath*, Arabico \mathfrak{F} nomine, a \mathfrak{Z} , $\eta\eta$ Heb. et Chal. *fulgere, pulcrum esse*, quam ob rem Manetho recte monuit, \mathfrak{F} ab Aegyptiis appellari *την καλλιστην* ³⁹). Nomina \odot , $\gamma\lambda\iota\alpha$, *Ἥλιος, Ηελίου* ad $\rho\eta$, $\rho\alpha$, *Sol* referenda esse, in oculos incurrit. Baschmurice enim $\lambda\eta$, $\lambda\alpha$ dicitur pro $\rho\eta$, $\rho\alpha$. Etiam *Sol* ex $\varsigma\iota\omicron\gamma$, Thebaice $\varsigma\omicron\gamma$, *astrum* atque $\lambda\eta$ vel $\rho\eta$ constare videtur. Atque $\rho\eta$, $\rho\alpha$ *Ἥλιος, ὕλῖα* haud dubie ab $\alpha\eta\eta$ i. e. $\eta\alpha\eta$ *videre, visus*, descendit. Qua de re *oculus* atque *visus* \odot adscribuntur ab Aegyptiis, vt vidimus. De vocabulo $\mu\omicron\lambda\omicron\chi$, i. e. $\mu\lambda\lambda\beta$, $\eta\eta\beta$, vel $\eta\eta\beta$, *bellum*, quod \mathfrak{J} est proprium, supra diximus. Alterum vero \mathfrak{J} nomen *Ἐρτωσι* vel *Ἀρτης*, vnde Martis ($\mu\alpha$ $\epsilon\rho$ \dagger vel $\tau\omicron\chi\iota$) nomen apud Romanos haud dubie ortum est, egregie conuenit cum noxia \mathfrak{J} natura, quam nouimus. Nam $\epsilon\rho$ $\tau\omega\chi\iota$ significat *damnum, damnosum*. Nisi *Ἀρτης* eiusdem radicis est, descendit ab $\epsilon\rho$ \dagger *pugnare*. Nomen vero \mathfrak{Z} planetae $\zeta\epsilon\gamma\varsigma$ aperte Copticum $\delta\iota\omicron\varsigma$, *dsios*, vel *dschios, dominus* est, vnde Graecorum *Zeus* et Latinorum *Deus*. Coptice enim *princeps* dicitur $\delta\iota\omicron\varsigma$, $\delta\omicron\epsilon\iota\varsigma$, $\delta\omega\iota\varsigma$, $\delta\omega\epsilon\iota\varsigma$, $\chi\omicron\epsilon\iota\varsigma$, a $\delta\iota$ vel $\chi\iota$ *capere, subigere, domiari*. Denique nomen \mathfrak{H} $\rho\epsilon\phi\alpha\eta$, $\rho\eta\phi\alpha\eta$, quod et *ῥεμφα* pronunciat et *ῥαυφαν*, et *ῥομφα*, et *ῥηφαν*, deriuandum videtur, missis aliorum sententiis, a $\rho\epsilon$ vel $\rho\alpha$ atque $\omicron\gamma\epsilon\eta$, $\omicron\gamma\omicron\epsilon\iota\eta$, $\omicron\gamma\omega\iota\eta$, *splendere*. Eiusdem enim radicis esse videntur *ταιρισθαι, ζμυανος, شان*,

35) Herod. L. I. c. 1. et 5. Jablons. Panth. Aeg. I. p. 5. 6.

36) Eust. Comment. in Dionys. Perieg. v. 94. vel p. 23. Ed. Step.

37) Vid. supra P. I. §. 53. Firmicus L. II. cap. X. pag. 23. 24.

38) Supra P. I. §. 4. Vettius Valens apud Salmas. de Ann. climacter. p. 620.

39) Chronicon Alexandr. pag. 108. ed. Rod. col. Hom. II. X. 318.

alia. Certe ρΗΦΑΝ, quum vertitur *lumen splendens*, consentit cum translatione Graeca ἥ, *quivov* ⁴⁰). Νεμεσις vero, quo nomine Graece ἥ appellatur, Coptice dicitur ωιω, ωι, χηω, *vltio, retributio*.

Quod nomina mensium attinet (vid. p. 40), quum ad duodecim deos Aegyptiorum maximos secundarios, siue ad duodecim signa caelestia, eorumque dominos spectent, pro cognominibus deorum siue planetarum, quippe qui singulis praesunt, haberi debent. De mense primo quidem satis constat, eum ad Hermiam, Mercurium, vel Janum, Aegyptiorum Thouthum, pertinere, a Coptico ΘΘΘΘ, οἰκουμένη, vel a ΘΟΥΟ†, στηλη, *columna*, dictum ⁴¹). Mensis secundus ♀ sacer ΠΑΔΠ, ΠΑΩΠ, Πιωφι, constare videtur ex ΠΑ, *attinens*, et ωφι, ωβε, ωβ, *castigare, dominari*, quae quidem inter venereas ♀ virtutes et effectus numerari possunt ⁴²). Tertius ΑΘΩρ, Ἄθρσ, ♂ consecratus, plane conuenit cum Persarum et Chaldaeorum mense tertio 𐎠𐎡, 𐎠𐎡, ipsi ♂ ab iis consecrato, sicuti tertius Romanorum mensis est Martis. Quod vocabulum, si non cohaeret cum 𐎠𐎡 *valere, intumescere*, quae propria sunt ♂, ad † et ωρ *impugnationem Hori* referri potest, quae ♂ tribuitur. Vocabulum ΧΟΙΑΚ, mensem ♀ designans, forsitan ex χω, κω *ponere, statuere* et ΙΟΚ, Ἰωκ *gloria* constat. Saltem gloriae auctor ♀ dicitur. Mensis τΩΒΙ, τΩΒΕ, τβι i. e. † ΟΥΒΕ *adversarius, contrarius, conturbator, nequam* rectissime ἥ conuenit, quippe omnis malitiae auctori. Sequens mensis, item ἥ sacer, ΜΕΧΙρ seu ΜΟΚΖ, Ἰκαζ ωρ *afflictio, labor Hori* seu *Solis* vocatur, aut quia signum ♂ labores Soli affert, aut Typhon hoc in signo superari dicitur. Nam ☉ in solstitio hiberno versans peperit fabulam illam de Typhonis victoria, atque festum illud Papreniticum, quo Hori sine Osiridis ad nouum annum properantis cum Typhone pugna symbolice celebrabatur ⁴³), de quo infra fusius. Haud incertior est explicatio nominis mensis septimi ΦΑΜΕΝΩΘ, cui praestat ♀. Nam vocabula ΦΑ *attinens*, ΜΑΙ, ΜΕ *veneratio*, ΝΟΥ† *Deus, Di*, significant id, quod ♀ tribuitur, nimirum *pietatem in deos, religionem, atque sacerdotium* ⁴⁴). Mensis ΦΑΡΜΟΥΘΙ, ♂ sacer, facillime a ΦΑ *attinens*, Ερ *facere*, ΜΟΥ†, ΜΕΥ† *mors* deriuatur. Nam ♂ est necis auctor, vt vidimus, quare recte hic dicitur *auctor* seu *dator mortis* ⁴⁵). Item de mense παζων, ΠΑΧΩΝC, ΠΑΩΩΝC vix dubitare licet, quin vocabula ΠΑ *attinens* et ΗΟΜ, ΗΟΜC, ΗΟΝC, ΗΜΟΜ, ΗΖΗ *ardere, ardor, amor* contineat. Nam C in fine vocabulorum Copticorum substantiua significat, atque solemnitas est mutatio Η in ω. Veneri autem, quae domina est huius mensis, adscribuntur ardor veneris, amor, generatio et cetera ⁴⁶). Mensis ΠΑΩΝΙ constare videtur verbis ΠΑ *attinens* et ΩΝΙ, ΕΝ, *imitatio, simia*. Nam symbolum ♀, qui praeest huic mensi, *simiam* veteres dixerunt ⁴⁷). Vndecimi mensis nomen ΕΠΗΠ, ΕΠΕΙΦ, Ἐπιφι, si non

40) Vid. Jablonskii Opusc. Vol. II. 13. Nomen legitur Amos V. 25. Stephan. Mart. Lucae VII. 43 Col. Rossii Etymol. Aeg. p. 174.

41) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. P. III. §. 16. p. 180. Vid. infra §. 8. Thoth.

42) Vid. supra P. I. §. 51. pag. 64. Col. §. 53. et 54., vbi movent astrologi, ♀ et ♀ multas proprietates communes habere.

43) Herod. Lib. II. §. 63.

44) Supra P. I. §. 48. No. 4. pag. 60.

45) Supra P. I. §. 49. No. 3. 4.

46) Supra P. I. §. 51. No. 2. 4. pag. 64.

47) Supra P. I. p. 52. No. 5.

ab Apide, ☽ symbolo, quem Herodotus *Eraphum*, Ἐραφον vocat ⁴⁸); certe ab ΗΠΙ, ΟΙΠΕ, *numerus, mensura* et *φι ferre, afferre* deriuandum est. Constat vero, Aegyptios Lunae, quae domina est huius mensis, adscripsisse incrementa Nili, qui quum iustum cubitorum numerum assequitur, summam vbertatem affert ⁴⁹). Denique mensis vltimus, quem ☉, seu domicilio ☉ i. e. Ω, respondere coniiicimus, nomen accepit a Sole. Sol enim siue Osiris, vt in vulgus constat, est pater Hori, ΜΙC ΩΡ vel ΜΕC ΖΩΡ, *generator Hori*, vnde nomina huius mensis ΜΕCΩΡΗ, ΜΗCΟΡΗ, ΜΕCΩΡΙ, Thebaice ΜΕCΟΥΡΗ, Μεσορη, Μεσωρι. Haec sunt, quae de nominibus mensium, vt cognominibus Deorum Aegyptiacorum, annotanda videbantur.

Iam probare opus est, primam regum Aegyptiorum dynastiam summis huius terrae numinibus, nimirum planetis, constare, quod haud exigui momenti esse videtur. Scilicet Manetho, primus Aegyptiorum historicus, primorum regum, quorum aetatem vere diluuium antecedere crediderunt, haec affert nomina ⁵⁰):

1 ☽	2 ♀	3 ♀	4 ☉	5 ♂	6 ♃	7 ♃	8 ♂
Μηνης	Ἀθωθις	Κενκενης	Οὐνεφης	Οὐσαφης	Νιεβης	Σεμεψης	Βινηκης
Μινης	Ἀθωθις		Οὐνεφης	Οὐσαφανης	Νιεβαις	Σεμεψης	Βινηκης
Μην			Οὐαουνεφης		Νιεβης	Μενψης	Οὐβιενθης

De nomine *Μην*, *Μην* satis dictum est supra atque demonstratum, id ipsum ☽ nomen apud Aegyptios fuisse, quippe a ΝΑΜ, ΜΑΝ, *νενειν, μενειν, γην pascere, alere* deriuandum, vnde et Graecorum Latinorumque *μην mensis*. Vocabulum Ἀθωθις cum Θωθ, Θωουθ, ♀ congruere, per se intelligitur. Ceterum huic regi medicina atque libri Hermetici adscribuntur, quae ♀ propria esse nouimus ⁵¹). Nomen *Κενκενης*, siue a ΚΕΝ, ΚΕΝΙ *pinguedo, anser*, siue a ΧΕΝΧΕΝ, CENCEN, ΚΕΜΚΕΜ, *sonare, tympanus, cithara, sistrum* deriuetur, ♀ conuenit. Pinguedo enim, pariter atque anser, nec non instrumenta musica, praecipue sistrum, ♀ sunt symbola, vt vidimus atque infra docebitur ⁵²). Οὐνεφης vel Οὐνεφης constare videtur verbis ΟΥΗΝ *abundantia* atque *φι ferre* aut ΝΟΥΦΙ *bonum*. Et recte quidem omnem naturae prosperitatem ☉ veteres tribuerunt. Ceterum huic principi pyramidum inuentio adscribitur; pyramis vero ☉ symbolum fertur ⁵³). Οὐσαφης nomen referendum est ad *CHFI, gladius, ξιφος, سيف, סכין, קר, קר*, qui cum reliquis armis ♂, belli Deo, sacer est ⁵⁴). *Νιεβης*, vel *Νιεβαις*, vt versio Armeniaca legit, descendit a ΒΑΙ, ΝΙ-ΒΑΙ, *palma, rami palmae*, quae arbor cum partibus suis, vt infra apparebit, ♃ symbolum est. Septimus rex, quem cum ♃ comparauimus, vocatur *Σεμεψης*, vel simpliciter *Μεψης*.

48) Herod. L. II. §. 28.

49) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. P. II. p. 10. 11. 12. 13.

50) Syncellus ed. Dindorf. pag. 100. 102. Par. p. 54. et 55.

51) Supra P. I. §. 52. No. 3. 4. pag. 65. Col. Clemens Al. Strom. V. c. 4. p. 757. Zoega Obel. p. 514.

52) Supra P. I. §. 51. No. 5. pag. 64. Infra vid. Instrumenta; Sistrum.

53) Vid. Syncell. II. cc. p. 100. 102. Infra Instrumenta; Pyramis. Etiam comparare licet ΟΙΠΕ, ΟΙΠΙ, קה"ב modius, mensura frumentorum.

54) Vid. supra P. I. §. 49. No. 3. 4. 5. pag. 63.

Vtrumque facillime explicatur. Nam ἸΜΑΖ, ΕΜΑΖ, vt Herodotus iam monuit, crocodilus dicitur, quod animal ἕ sacrum erat ⁵⁵). Idem rex plenius dicitur ΧΩΜ ἸΜΑΖ *potestas* vel *indoles crocodili*. Ceterum huic regi valida pestis (*φθορα μεγιστη*) adscribitur, quae, vt vidimus, ἕ est propria ⁵⁶). Denique octauus rex haud dubie est Octauus Cabyrorum, siue terra. Diserte enim tradit Clemens, *Octauum esse mundum* ipsum, atque in numo astronomico laudato *Octauus* seu terra cernitur in medio circulo, reliquis Cabyris seu planetis atque signis Zodiaci circumdata ⁵⁷). Cui sententiae adstipulatur sequens nominum regis huius explicatio. Syllaba enim βιην, βιεν spectat ad ΟΥΑΝ, vel ΟΥΗΝ, *agger, terrae tumulus, χωριον, χωμα*, patens (campus); atque syllaba Χη, siue ad ΧΗ *persistere*, siue ad ΧΑ *firmamentum*, siue ad ΚΟΙ, ΚΑΙΕ, γαια, *ager, terra* referatur, plane conuenit cum syllaba θη secundi nominis, quae est ΘΟ, ΘΕ (=ΝΗ) *mundus, οἰκουμένη*. Itaque Οὐβιενθη atque Βιενχη *Terram*, siue Octauum Aegyptiorum deum maximum significant. Iam ex his apparet, quales sint antiquissimi Aegyptiorum reges secundum Manethonem, celeberrimum historicum, nimirum planetae ♃ ♆ ♀ ☉ ♂ ♄ ἕ cum ♂, ordine quidem apud Aegyptios vulgari ⁵⁸); atque clarum est, quam fragilis sit eorum ratio, qui ad chronologiam, quam putarunt, Aegyptiacam terrae huius historiaeque antiquitatem definire studuerunt. Vera quidem huius chronologiae ratio Manethonem non latuit, quippe qui ipse tradit, primis 12 dynastiis Deos regnasse ⁵⁹); latuit autem nostros chronologos, qui Manethonem aliter, atque ipse vult, interpretati sint. Quemadmodum vero iam de natura historiae Aegyptiacae antiquissimae rectius iudicare licet, ita et de chronologia Indica et Sinensi, serius ocus, aliquando demonstrabitur, eam non esse historicam et veram, sed mythologicam vel astronomicam atque falsam et facticiam. Iam satis de nominibus et cognominibus numinum Aegyptiorum. Perspectum enim habemus, Deorum Dearumque nomina apud Aegyptios partim quam maxime varia et diuersa fuisse, partim ex astrologicis astrorum virtutibus et proprietatibus originem habere. Qua quidem ex lege reliqua Deorum Aegyptiacorum nomina, apud scriptores Graecos, Latinos aliosque obuia, quorum catalogus sequitur, explicanda esse videntur.

Numina masculina.					
<i>Aegyptiace</i>	<i>Graece et Latine</i>	<i>Cultus</i>	<i>Aegyptiace</i>	<i>Graece et Latine</i>	<i>Cultus</i>
Amenebes	Amenophis	Memnonium	Anubis	Ἐρμης, Mercurius	Hermopolis
Ammon	Zeus, Iupiter	Diospolis		Apollo	Cynopolis
Amun	Amon	Elephantine		Κρονος, Saturnus	
	Belus	Lybia	Apis	Taurus Memphiticus	Memphis
Antaeus	Ἄνταιος	Antaeopolis	Aphophis	Κρονος	
	Pan	Panopolis	Apophis	Saturnus	
	hircus Mendisus			Typhon	

55) Herod. Lib. II. 69. Jablonskii Panth. Aegypt. P. III. §. 11. pag. 66. pag. 79. Vid. Infra: Crocodil.

56) Vid. supra P. I. § 47. No. 4. pag. 59. col. Plutarch. pag. 368.

57) Clemens Alex. Protrept. p. 44. Vid. supra Not. 6. pag. 74. Dupuis Origin. de tous les cultes Tab. 2.

58) Vid. supra P. I. §. 4.

59) Vid. Syncell. p. 29. 30. ed. Ven.

Numina masculina.

<i>Aegyptiace</i>	<i>Graece et Latine</i>	<i>Cultus</i>	<i>Aegyptiace</i>	<i>Graece et Latine</i>	<i>Cultus</i>
Arsaphes	Osiris		Mneuis	taurus Heliopolita- nus	Heliopolis
Arueris	Apollo	Apollinopolis M. Ombos Apollinopolis P.	Moloch	Hercules	
Babis	vid. Bebon.		Nilus	Oceanus Osiris, Zeus	Nilopolis Elephantine
Bacis	vid. Pacis		Onuphis	taurus Hermonthites	Hermonthis
Bebon vel Babys	Typhon		Osiris	Ἡλιος, Bacchus Dionysus	Apollinopolis P. Busiris Canopus
Belus	<i>Zeus</i> , Iupiter		Paamyles	numen phallicum	Thebae
Besa	Ammon	Abydos Antinoe	Pacis vel Bacis	taurus Hermonthites	Hermonthis
Camephis	Ἡφαιστος Vulcanus		Palmytes	v. Paamyles	Thebae
Canobus vel Canopus	Ἐρμης Mercurius	Canopus	Paytnuphis	Ἐρμης	Bacchi insula Catarrhactae
Chom vel Chon	Hercules vid. Zom	Thebae	Perseus		Chemmis
Cneph vel Cnuphis	Ἀγαθοδαίμων Amon Vulcanus	Elephantine Thebae	Petempanten- tes	Bacchus	
Esmun	Aesculapius	Hermopolis	Petensenes	Hermes siue Mercu- rius	Catarrhactae Bacchi insula
Smun	Mercurius	Panopolis	Petensetes	Saturnus	ibidem
Ichmin	Pan	Mendes	Phruron	Nilus	
Harpocrates	Aesculapius Osiris		Phtha Aphthas	Ἡφαιστος Vulcanus	Memphis
Horus	Apollo Priapus (Pan)	Apollinopolis	Python	Typhon	
Jao	Ἡλιος, Sol		Schmun	v. Esmunus	Hermopolis
Ichmin	vid. Esmun	Hermopolis Mendes	Serapis Sarapis	Pluto, Zeus Sinopi- ticus	Alexandriae s. Racoti
Ichonuphis	vid. Cneph		Seth	Saturnus	Memphis
Ichton	Deus creator		Smy	Typhon	Parembole
Ἐμπίων			Socharis	Typhon	Canopus Philae
Imuthes	Aesculapius vel Mercurius	Memphis Alexandria	Tchonemy- ros	Paamyles	Oasis magna
Macedo	frater Anubidis, filius Osiridis		Thoth	Ἐρμης, Anubis	Hermopolis
Mandulis	Κυριος Sol	Talmis	Typhon	Typhaeus	Schmun Erman
Men vel μην	Μηνης vel Lunus		Zom vel Som	Hercules	Ombos Thebae
Mendes	Pan Bacchus	Panopolis Mendesius nomus Chemmis			

Numina feminina.

<i>Aegyptiace</i>	<i>Graece et Latine</i>	<i>Cultus</i>	<i>Aegyptiace</i>	<i>Graece et Latine</i>	<i>Cultus</i>
Ambo	vid. Tithrambo	Ombos	Menuthis	Ἐμμερουθις	Menuthis prope Canopum
Anuce	Vesta	Fines Aegypti et Aethiopiae	Methuer	Isis	
Aso	Nephtys	Ibidem	Muth	Isis	
Athor	Ἀφροδιτη Venus	Atarbechis Prosopis	Neith	Ἀθηνη	Sais
Athyri	Isis	Aphroditopolis	Sais	Minerua Isis	
Bubasi	Isis, Io	Coptus	Nephtis	Rhea	Tentyris
Bubastis	Diana Juno Lucina, Ἐλευθνια	Bubastis		Ἀφροδιτη Venus	Phylae
Buto	Latona	Butus Letopolis Busiris	Sais	v. Neith	Sais
Esenephtys	Ver, ἕαρ		Sate	Ἥρα	Bacchi insula
Eumenuthis	vid. Menuthis	Canopus.	Sates Satis	Iuno	
Io	vid. Bubasi	Coptus	Sothis	Isis	Prouincia ☉ respondens
Isis	Ἀφροδιτη Venus Juno Ceres	Philae Tentyris Parembole Bubastis Iseum	Thermuthis	Hecate Brimo	Prope Thermutiacum ostium
Mene	Luna		Thueris	Typhonis pellex	Thebais
			Tithrambo vel Ambo	Proserpina	Ombos
			Typhi	Venus	

§. 5.

Animalia sacra aliaque symbola mythologico-astronomica.

Inter omnes constat, in variis Aegyptiorum templis non solum varios Deos Deasque cultas fuisse, sed etiam animalia, vt viua numinum symbola. Voluerunt enim, qui animalium cultum antiquitus instituerunt, vt animalia, quemadmodum veteres tradunt, essent *μυρματα θεου*, *Deorum imagines viuae*, vel *figurae et allegoriae virtutum quarundam, quibus adiutricibus regatur humanum genus, vel diuinae potentiae effigies quaedam*⁶⁰). Scilicet, quum Aegyptii crederent, vt vidimus, omnia, quae fierent aut facta essent, a septem planetis, ceu Diis maximis, originem habere, atque praeciperent, totum terrarum orbem inter planetas diuisum esse, ita vt quoduis numen suam tueatur particulam; singula animalia, vegetabilia et alia, eorumque adeo partes singulis Diis vel Planetis vt propria adtribuerunt atque consecrarunt⁶¹). Hanc ob causam Aegyptii non per Deos, sed per animalia, quippe Deorum symbola, iurarunt, veluti *μα τον xvva θεον*,

60) Porphyr. de Abstin. L. IV. p. 372. Hyginus Poet. Astron. L. II. c. 28. Clemens Recogn. L. V. c. 21. Plutarch. de Is. p. 380. fin. Alia loca vide apud Kreuzer. Exercit. Herod. pag. 152.

61) Vid. supra not. 32. pag. 79. atque Part. I. §. 46. not. 33. §. 47 ss. pag. 58. No. 5. col. Marsham Chron. p. 58.

quod Plato aliique testantur⁶²). Alii tradunt, quod eodem recurrit, Deos Aegyptios, quum fugerent a Typhone, in animalia sese mutasse, quo tutius laterent⁶³). Quam varia vero fuerint animalia aliaque Aegyptiorum symbola sacra, ex ipsa Scriptura sacra constat⁶⁴). Praeter idola enim commemorantur, quadrupeda, aues, reptilia, pisces, vegetabilia. Quorum Graeci Romanique scriptores permulta nominarunt. His accedunt varia instrumenta atque arte facta. Quum enim singulis Diis singulae artes et magisteria consecrata essent, ut vidimus; sequitur, eorum instrumenta quoque eorundem Deorum symbola fuisse⁶⁵). Etiam videbimus infra, quae instrumenta et artificia, quibus adeo literae, tum vocales, tum consonae, gestus, soni, cogitationes animae adnumerantur, singulis planetis vel numinibus conueniant. Iam, quae veteres scriptores singulis numinibus Aegyptiacis ut symbola adtribuerunt, eorum sex classes discerni possunt, scilicet: I. quadrupeda lactantia, siue vera, siue facticia; II. aues et insecta volantia; III. Amphibia et serpentes; IV. pisces; V. vegetabilia, potissimum arbores, plantaeque; VI. denique instrumenta atque artificia; quorum quidem catalogus cum indice prouinciarum, nomorum et urbium, quibus colerentur, iam sequitur.

I. *Quadrupeda lactantia.*

<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>	<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>	<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>
Aper	paludes	Hinnulus	Ouis v. Arius	Sais
Arius	Thebae	Hippopotamus	Papremis		Thebae
Ouis	Sais		Andropolis	Panthera
Asinus	Coptitis	Hircus v. Caper	Mendes	Porcus v. Sus
	abominatio		Thmuis	Rhinoceros
Bos v. Taurus	Hermonthis	Hyaena v. Lupus	Lycopolis	Simius	Cynopolis
Camelus	Ichneumon	Heracleopolis	Sorex v. mus	Vulcani templum
Canis	Cynopolis	Leo	Heliopolis	Sus
Caper	Mendes	Leaena	Leontopolis	Talpa
Capra	Thmuis	Lupus	Lycopolis	Taurus	Memphis
Catus v. Felis	Heliopolis	Lupa			Heliopolis
Cercopithecus	Lutra		Hermonthis
Ceruus	Coptus	Mulus v. Asinus	Vacca	Momemphis
Cerua					Chusae
Cuniculus v.	Mus	Vulcani templum	Vespertilio
Lepus		Mus araneus	Butus	Vrsus	Heliopolis
Cynocephalus	Cynopolis Anubideum	Mustela	Thebae	Vulpes
Dorcas	Coptus	Mygale v. mus ar.	Butus		
Elephas	Elephantine?	Onager	deserta		
Equus	Heliopolis	v. Oryx	Lybiae		
Felis	Bubastis	Oryx	deserta I.		
Gazella	deserta				

62) Plato Gorg. p. 316. Bas. Jablonskii Panth. Aeg. P. III. p. 8. ss.

63) Vid. Apollodori Bibl. L. I. c. VI. §. 3. Anton. Liber. Fab. XXVIII. Ouid. Met. L. V.

64) Exod. XX. 45. Deuteron. IV. 15. 16. Ep. ad Rom. I. 23. col. Marsham. Chron. p. 162. ss.

65) Vid. supra P. I. §. 47. ss. pag. 58.

II. *Aves et Insecta volantia.*

<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>	<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>	<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>
Accipiter	Hieracon polis Apollinopolis Elephantine	Cygnus Gallus gallina Herculis et Herae templum	Pelecanus Perdix Phoenix Heliopolis
Anser	Grus, gryps	Picus
Apis v. vespa	Herodius v. ardea	Scarabaeus	Sais
Aquila	Heliopolis Memnonia	Hirundo	Struthio
Ardea	Diomedea insula	Ibis	Ibiu	Trochilus
Cicuta v. locusta	Locusta	Vespa
Ciconia	Musca	Vpupa v. cupha
Columba	Athribis	Noctua	Sais	Vulpanser
Corvus cornix	Olor v. cygnus	Vultur	Elephantine Thebae
Coturnix	Ortyx v. coturnix		
Cucupha	Pauo		

III. *Amphibia, Serpentes et Insecta reptilia.*

Araneus	Fornica	Suchus v. crocod.	Arsinoe
Aspis	Canopus	Lacerta	Testudo
Basiliscus	Memnonia	Meisi v. aspis	Thermuthis v. aspis
Boa v. draco	Rana	Vipera v. aspis	Canopus
Champsia v. crocodilus	Elephantine	Scorpio	Coptus	Vraeus v. basiliscus	Memnonia
Cneph	Memnonia	Serpens	Fines Arabiae et Aethiopiae		
Cnuphis	Memnonia	alatus		
Crocodilus	Crocodilopolis Ombos Coptitis aboninatio	Serpens hiera- cocephalus		
Draco	Serapidis templum	Serpens cornutus	Memnonia		
		Steliiio, lacerta		

IV. *Pisces et Conchyli.*

Anguilla	Sais	Maena	Scarus
Carabus	Maeota	Elephantine	Silurus	Bubastis
Delphinus	Muraena	Squamosus	Paprenis
Fel marinus v. Silurus	Bubastis	Oxyrinchus	Oxyrinchus s. Pemze	piscis v. lepidotus
Lepidotus	Paprenis	Phagrus	Phagroriopolis	Stella marina
Locusta aquatica v. carabus	Physa	Veneris piscis v. Silurus	Bubastis
		Polypus		

V. *Arbores et Plantae.*

<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>	<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>	<i>Nomina</i>	<i>Sedes</i>
Acanthus	Acanthus Abydos	Ilex	Persca	Panopolis
Allium	Juncus v. pa- pyrus	Biblus	Pinus v. ce- drus
Aloe	Laurus	Platanus
Biblus v. pa- pyrus	Biblos	Lotus	Racoti	Porrurn v. al- lium
Caepa v. scylla	Pelusium	Malum puni- cum v. granat.	Schmun	Quercus
Cedrus	Myrtus	Sari v. papy- rus
Cypressus v. cedrus	Olea	Heracleotis	Scylla mariti- ma	Pelusium
Ficus	Palma	Memnonia	Sycomorus
Granatum	Schmun	Papyrus	Taphne		
Hedera		Tabenne		
			Biblus		

VI. *Varia artefacta et physicalia particularia.*

Alae	Instrumenta	Pschent
Cadauer	Laqueus	Pyramis	Memphis
Caduceus	Anubideum	Luna falcata	Sal
Calceus	Persei templum	Lyra	Sceptrum
Cebus s. Cepus	Babylon ad Memphin	Mare	fines Aegypti	Sistrum
Cerberus	Racoti s. Alexandria	Membra hu- mana	Situla
Circulus v. dis- cus	Metalla	Soni musices
Cithara v. dis- cus	Modius	Serapeum	Sphinx	Acthiopiae fines
Consonae	Navis v. velum	Stelae
Corbis	Nilometrium	Memphis Serapeum	Tibia v. fistula
Crux ausata	Numeri v. con- sonae	Tuba	Busiritis abominatio
Discus	Obelisci	Memnonia Memphis	Vasa
Falx	Orbis v. discus	Velum nauti- cum
Fistula	Patina v. phiala	Anubideum	Vlna v. nilo- metrium	Serapcum
Flagellum	Panopolis	Phiala	Anubideum	Vocales
Generationes	Pileus		
Hydria	Canobus				

Hae sunt itaque primariae et praecipuae partes Panthei Aegyptiorum, et mythologici, et astro-
nomici. Iam propius accedamus ad id, quod grauissimum est, scilicet demonstrare, quibus
planetis singula Deorum Dearumque nomina et simulacra conueniant, quaeque animalia, vegeta-
bilia et artificia singula singulorum numinum sint symbola. In eo enim potissimum versatur sym-
bolice Aegyptiorum astronomica.

§. 6.

Astronomica Aegypti Geographia.

Quamquam veteres de multis Aegyptiorum numinibus aliisque rebus sacris docent, quorum planetarum sint symbola; tamen plurima eorum inexplicabilia essent, si astronomica quaedam Geographiae Aegyptiacae descriptio nobis non succurreret. Scilicet qui paullo accuratius in veterem Aegypti geographiam inquisierunt, eos non fugit, Aegyptum plane eodem modo diuisam fuisse atque Zodiacum. De Aegypti vero prouinciis et Nomis constat, quod veteres testantur, in singulis quidem fuisse numinum templa et simulacra et symbola uiua eorum, quae similibus Zodiaci partibus praessent. Quod astronomicam Aegypti diuisionem attinet, primum nemo nescit, Aegyptum superiorem, quam Mares, ΜΑΡΗΣ, *Solarem*, vocarunt, atque inferiorem, quae Sahit, САЭНТ, САБНТ, *Inferior, Septentrionalis* vocatur, a veteribus discerni. Similis est Zodiaci diuisio in Hemisphaerium inferius et superius, vel solare et lunare. Alia ratione Aegyptum in tres partes, superiorem, mediam et inferiorem diuiserunt, quibus respondent Zodiaci Trientes, scilicet vernus, aestiuus atque auctumnalis ⁶⁶). Deinde Herodotus atque Diodorus Siculus narrant, antiquitus Aegyptum in 12 prouincias diuisam fuisse, atque singulis his partibus aliquem regem propositum fuisse ⁶⁷). Eadem est ratio Zodiaci, cuius 12 partibus totidem numina praesunt. Huc facit, quod non solum Aegyptus, sed etiam aliae ciuitates ad instar Zodiaci in 12 prouincias diuisae fuerunt. Sic Iones 12 vrbes seu prouincias tenebant (Herod. I. 143), quarum imago erat Panonium, Labyrinthi species. Hinc illi 12 generationes inter se distinguebant. Totidem generationibus Aethiopi constabant (Her. I. 145). Porro nemo nescit, Sesostridem, antiquissimum regem, totam Aegyptum, ab Elephantines inde insula vsque ad mare medium, in 36 nomos diuisisse, totidemque praefectos in iis constituisse. His vero 36 nomis ex asse respondent 36 Zodiaci decuriae cum dominis suis, seu Decanis ⁶⁸). Praeterea hac ex re Horiorum Aegyptiacorum ratio explicari posse videtur ⁶⁹). Vidimus enim, quod veteres iam mirati sunt, Aegyptiorum Horia, quum Chaldaeorum ratio maxime simplex et constans sit, spatiis omnia inter se differre et discrepare, ita vt eadem signorum Horia nunc vnum gradum, nunc duos, nunc plures sine ordine et ratione amplecti videantur. Huius vero rei ratio in geographia Aegyptiaca latuisse videtur. Scilicet quum Aegyptus instar Zodiaci etiam in Horia diuideretur, atque Horiorum 60 domini, seu Horiocratores, quemadmodum Decani in nomis, colendi essent, ratio haberi debebat 60 vrbiuum vel pagorum, quibus templa Horiocratorum constituerentur. Quum vero 60 vrbes illae vel pagi variis interuallis inter se distarent; accidit, vt Horia coelestia ad modum terrestrium emetirentur et diuiderentur. Reapse Strabo tradit (XVII. 787.), Nomum quemque diuisum fuisse in Toparchias, Toparchiam quemque in Communitates, quae respondent singulis Zodiaci Horiis et gradibus. Saltem valde probabile est, quemque pagum Aegyptiacum suum habuisse deum tutelarem ac lares suos, suumque templum vel sacellum pro iis. Denique cuiquam non in mentem venit Labyrinthus ille Aegyptiorum celeberrimus? Labyrinthi enim, qui a duodecim regibus (diis)

66) Vid. supra P. I. §. 5. col. §. 7. pag. 13. 14. Jeremias cap. 8. v. 3.

67) Herod. Lib. II. §. 147. col. 137. Diod. S. L. I. p. 41. p. 135.

68) Vid. supra P. I. §. 17. pag. 23.

69) Vid. supra P. I. §. 18. pag. 25. Diodor. Sic. I. 37. Strabo L. 17. in.

aedificatus dicitur, haec erat ratio. Collocatus erat in media Aegypto, extensus a meridie versus septentrionem, ad instar ipsius Aegypti, duasque in partes diuisus ita, vt altera cum sex aulis atque 18 sacellis ad Philarum insulam spectaret, altera cum totidem aedificiis ad mare medium ⁷⁰). Iam habes 12 domicilia planetarum, seu signa Zodiaci, atque 36 Decurias. Reapse 12 illae partes a 12 diis occupatae et appellatae erant, de quibus *Nemeseum*, seu domus ♃, *Iseum*, seu domus ♃, *Anubideum*, seu domus ☿, atque *Serapeum*, seu domus altera ♃, commemorantur a veteribus ⁷¹). Iam vero Labyrinthum imaginem Aegypti fuisse propriam, grauissimis argumentis euincitur. Longum enim hoc aedificium cum diuisionibus suis, et coelestibus, et geographicis Aegyptiacis, non ab oriente ad occidentem, vt Zodiacus, pergebat, sed, vt ipsa Aegyptus, a meridie ad septentrionem. Idem probat verbi etymologia, quam Plinius iam innuit loco laudato, dicens, *id opus Soli sacrum esse exstructum*. Descendit enim hoc nomen a $\lambda\lambda$ πογρο $\eta\theta\omicron$ i. e. *sol*, *rex mundi*. Nam $\theta\omicron$ terram, $\delta\lambda\kappa\omicron\upsilon\mu\epsilon\gamma\eta\nu$, non vero coelum, vel Zodiacum significat. Etiam Cicero (N. D. III. 22.) tradit, *Vulcanum* (\odot) *custodem Aegypti fuisse*. Denique ipsa quaedam Aegypti regio *domus mundana Hori* vocatur ⁷²). Adde locum luculentissimum Strabonis (L. XVII. §. 37. p. 580. Tz). *Dicunt, inquit, tot aulas in Labyrintho factas esse, quia solerent omnes praefecturae eo conuenire, atque epulum quoddam sacris viris (diis masculis) ac mulieribus (diis feminis) fiebat. Quaeuis autem praefectura in suam aulam procedebat*. Ergo tot erant in Labyrintho aulae, quot prouinciae Aegypti, tot numina, quot dii signorum et decuriarum domini. Ergo Labyrinthus imago Zodiaci atque Aegypti. Addit praeterea Strabo, in fine Labyrinthi fuisse Pyramidem, sepulcrum Imandis ($\Delta\text{M}\epsilon\text{N}\dagger$ i. e. \odot inferni, in \mathcal{Z}). Ergo Labyrinthi pariter atque Aegypti finis \mathcal{Z} erat, vltima prouincia.

Iam quum Aegyptus imago quaedam terrestris fuerit coeli mythologici; vix opus est demonstrare, variis Aegypti in partibus ea numina, vel symbola sacra, culta fuisse, quae similibus Zodiaci partibus praeesent. Etenim quasi per se intelligitur, qui planeta, exempli gratia, dominus esset in Ω , eundem etiam eius prouinciae patronum fuisse, quae huic signo responderet inter 12 Aegypti prouincias. Idem valet de nomis seu Decuriis terrestribus. Et hoc testantur Aegyptiorum vrbes et prouinciae, quarum nomina astronomica et Dii tutelares, vel symbola sacra, nota sunt. Sic vrbs Heliopolis dicitur a \odot , siue respondeat signo Ω , cuius dominus \odot est, siue alicui Decuriae, \odot patrocinio adscriptae ⁷³), atque eadem in vrbe leones colebantur, quod quidem animal, vt supra vidimus, \odot symbolum erat ⁷⁴). Et hanc ob causam recte veteres iterum iterumque monuerunt, Aegyptiorum *Deos quosdam ad Nilum ortos esse* ⁷⁵). Ad ripas enim Nili per varios Aegypti tractus Deorum templa et simulacra orta sunt. Nilus vero diserte dicitur similitudo

70) Plin. L. 36. c. 13. L. 37. c. 5. Herod. II. 147. 148.

71) Jablonskii Panth. Aeg. III. p. 3. s. 6.

72) Plutarch. de Is. p. 373. $\lambda\delta\upsilon\upsilon\epsilon$ interpretatur $\delta\lambda\kappa\omicron\nu^2\Omega\rho\upsilon\nu$ *κοσμικον*, atque Athribis, $\lambda\delta\upsilon\upsilon\epsilon$ BAKI , Athyris vrbs vel regio, satis nota est.

73) Supra Pars I. §. 9. §. 17. pag. 16. 24.

74) Aelian. de An. L. XII. c. 7. V. 39. Horapollo L. I. c. 17. Jablonskii Panth. Aeg. I. 219. Vid. supra §. 50. pag. 63. No. 5.

75) Diodorus S. p. 12. Cic. Nat. D. III. 22. 23. Arnobius p. 135. 137. Diog. Laert. §. 1. Homer. II. 14. Marsham Chron. p. 272.

coeli, ἀντιμιμος οὐρανου, *aemulus Coeli*, quo significatur, partitiones Aegypti ad similitudinem Zodiaci factas atque pares partium dominos, seu numina, constituta fuisse ⁷⁶). Denique huc facit Porphyrius: Aegyptii, inquit, τὴν ἐπὶ πάντα δυνάμιν τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν συννομῶν ζῶων, ἣν ἕκαστος τῶν Θεῶν παρέσχευεν, ἐθροίσκευσαν ⁷⁷). Quo loco haud obscure traditur, animalia per singulos nomos culta eorum deorum symbola fuisse, quae in singulis Zodiaci Decuriis, nomis Aegyptiacis respondentibus, domini crederentur.

Iam clarum est, symbolicen Aegyptiorum astronomicam, a qua omnis fere scriptorum huius gentis astronomicorum interpretatio pendet, erui satis non posse absque antiquae Aegypti geographiae auxilio. Veteres enim, quamquam etiam hanc disciplinam illustrarunt, non sufficiunt, quum agitur de omnibus ac singulis Deorum Dearumque Aegyptiacarum nominibus, simulacris, animalibus, arboribus plantisque sacris ad septem planetas atque Zodiaci patronos referendis. Ceterum ne posterior quidem Aegypti geographia satis apta esse videtur ad enucleandam symbolicen astronomicam. Constat enim, Romanos potissimum antiquam nomorum Aegyptiacorum rationem mutasse. Quam ob causam inuenienda est geographia Aegypti satis antiqua, quae antiquam ac genuinam prouinciarum, nomorum et singularum urbium rationem et interualla exhibeat. Huius autem generis antiquissimam Aegypti descriptionem astronomico-geographicam inueni Augustae Taurinorum. Quum mihi enim liceret per Regiam gratiam atque summam magistratum Taurinensium liberalitatem anno 1825 in celeberrimo illo Museo Regio Aegyptiaco per integrum fere annum studia mea Aegyptiaca acerrime prosequi et, quidquid aderat, accuratissime examinare meumque in vsum describere; incidi in monumentum antiquissimum, altaris rotundi speciem, cum inscriptione hieroglyphica longissima, argumenti astronomico-geographici, ex aetate, vt nomen adscriptum docet, regis Sethi. Cuius monumenti granitei haec est ratio. Altum est circiter tres pedes, tabulae rotundae speciem prae se ferens. Nititur hicce discus vno pede cylindraceo. Cuius tabulae diameter fere aequalis est duabus vlnis, circumferentia sex vlnis, altitudo quasi vni pedi. Superior pars huius disci vel tabulae plurimos sulcos habet, qui, vt sulci lapidum molarium, a partibus exterioribus vndique ad mediam currunt, quae quidem media pars et tabulae et pedis, seu subsellii, caua est. Ex quo colligitur, hunc lapidem serius ab Arabibus in molis adhibitum fuisse. Inscriptio huius lapidis durissimi hieroglyphica, quasi vnum pedem alta, quae cernitur in parte disci verticali, bene conseruata, quatuor partibus atque 68 versibus verticalibus constat. In his versibus facile discernuntur deinceps 12 figurae hieroglyphicae, domus speciem prae se ferentes, quibus quidem quadratis figuris alia signa hieroglyphica, quippe nomina domiciliorum illorum, vel urbium, inscripta sunt. Praeterea post urbium nomina significata sunt numina, quae 72 illis in locis Aegypti culta fuerint. Iam hanc esse astronomicam Aegypti geographiam, plurima sunt indicia. Primum enim altaria Aegyptiorum alia non rotunda, sed plerumque quadrata sunt forma, atque prouinciae 12 Aegyptiaca in circulum scriptae plane conueniunt cum 12 signis circuli ecliptici. Quatuor huius inscriptionis partes respondent quatuor Zodiaci angulis, scilicet punctis aequinoctialibus atque solstitialibus. Denique 72 illae inscriptionis diuisiones sig-

76) Heliodorus Aeth. L. IX. p. 423. 443. 444. ed. Bourd.

77) Porphyr. de Abstin. Lib. IV. §. 9.

nificant 72 Zodiaci partes siue Decurias dimidiatas ($2 \times 36 = 72$). Idem numerus astronomicus occurrit in fabula Typhonis, qui cum 72 coniuratis Osiridem oppressisse narratur⁷⁸). Itaque hoc monumentum, multas ob causas memoratu dignissimum, non solum demonstrat, de quo supra disputauimus, Aegyptum instar Zodiaci partitam fuisse, sed docet etiam, id quod antiquam Aegypti geographiam adhuc obscuram optime illustrare posse videtur, quales Dii Deaque astronomicae in singulis Aegypti prouinciis, nomis atque vrbibus sua habuerint domicilia. Subsistamus in 12 prouinciis. Alio enim loco accuratius de hoc monumento astronomico-geographico grauis- simo disseramus, si placet Deo O. M. Scilicet hic est 12 prouinciarum Aegyptiacarum ordo⁷⁹). Incipit Aegyptus a primo signo Semicirculi Lunararis, hoc est ab $\approx 0^\circ$; atque desinit in vltimum signum Semicirculi Solaris, hoc est in $\text{♋} 30^\circ$. Vltima Aegypti pars (No. 72.) Canopus dicitur, cuius symbolum, vt infra videbimus, hydria seu vas Canopicum erat, quod illo in loco reapse adscriptum est. Literae etiam $\text{κ Ν ΝΟΥΒ, ΚΑΙ ἢ ΝΟΥΒ}$ terra auri, significant id, quod Canobi nomen significare dicunt veteres, nimirum $\chiρουσσων ἔδαφος$, aureum solum⁸⁰). Reliquarum prouinciarum ordo plane consentit cum signis Zodiaci. Sic domicilium Ammonis (No. 4.) Μ ΑΜΝ, ΜΑ ΑΜΟΥΝ , locus Ammonis, congruit cum nomine primae Thebarum partis, scilicet Memnonii. Sequens prouincia (No. 16.) Ϸ vel h , i. e. ϷΙ, ϷΗ, ϷΟ , initium, caput, respondet Υ , siue quoniam Υ initium Zodiaci erat apud Aegyptios, siue quoniam caput humanum pro simbolo Υ habebatur⁸¹). Signo Π , cuius dominus est ♃ , conuenit prouincia ⏏ i. e. octo, Coptice ϠΜΟΥΝ , octo. Constat vero, Hermopolin Coptice dici ϠΜΟΥΝ , atque Hermetis symbolum Ibis, vel homo cum capite Ibis, reapse adscriptum est⁸²). Prouincia vero ΡΤΚ, ΡΚΤ, ΡΑΚΟ† (No. 71.), quae, sequente Canopi nomo, claudit circulum signorum, ipsa est Alexandria, antiquitus ΡΑΚΟ† dicta, vt nemo nescit. Etiam de reliquis vix vlla esse poterit controuersia. Ex quo iam sequitur, sequens fuisse geographiae Aegypti antiquissimae schema astronomicum:

		1	2	3	4	5	6
Aegyptus superior Hemisph. D	Prouinciae Signa	\approx	♋	Υ	♄	Π	Ϡ
	Domini Prouinc. et Signorum	♃	♄	♅	♆	♃	♄
	Domini Nomorum et Decuriarum	$\text{♀} \text{♃} \text{D}$	$\text{♃} \text{♄} \text{♅}$	$\text{♅} \text{♄} \text{♀}$	$\text{♃} \text{D} \text{♃}$	$\text{♄} \text{♅} \text{♄}$	$\text{♀} \text{♃} \text{D}$
	1 2 3	4 5 6	7 8 9	10 11 12	13 14 15	16 17 18	

78) Diodor. Sic. pag. 16. Plutarch de Is. pag. 356.

79) Vid. infra Tab. II. No. II., vbi periculum fecimus, 12 singulas Aegypti prouincias ad 12 signa referendi.

80) Aristides in Aegypt. Fol. 96. a. Ed. Flor. Jablonskii Panth. III. 139.

81) Vide supra P. I. §. 9. pag. 16. §. 49. No. 5. pag. 62.

82) Vide infra s. Ibis. Champollion L'Egypte sous les Pharaons I. p. 291.

		7	8	9	10	11	12
Aegyptus inferior Hemisph.	<i>Prouinciæ Signa</i>	Ω	η	♌	♍	♎	♏
	<i>Domini Prouinc. et Signorum</i>	☉	♀	♀	♂	♃	♄
	<i>Domini Nomorum et Decuriarum</i>	♃ ♃ ♂	☉ ♀ ♀	♃ ♃ ♃	♂ ☉ ♀	♀ ♃ ♃	♃ ♂ ☉
		19 20 21	22 23 24	25 26 27	28 29 30	31 32 33	34 35 36

Praeterea tenendum, quod eadem geographia Taurinensis demonstrat, de prouinciis a Memphi septentrionalibus partim, orientem versus, partim ad occidentem situs, orientales praecedere occidentalibus. Ultima enim Aegypti prouincia habetur Alexandria (♄), penultima Butus (♃); atque Mendes (♀) maxime est orientalis ab illis †).

Iam quod Geographicum nostrum Taurinense docuit, id veteres, qui de geographia Aegypti antiqua tradiderunt, magnopere confirmant. Labyrinthus dicitur in media Aegypto conditus fuisse. Quum vero cernantur eius rudera ad locum Moeridis; sequitur, ab loco illo totidem Aegypti prouincias versus meridiem et septentrionem fuisse, quot Labyrinthus haberet domus ab vtraque parte. Tradunt, Memphi maximum Aegyptiorum templum Vulcano sacrum exstructum fuisse. Vulcanus vero est ☉, ex quo sequitur, hanc prouinciam ☉ valuisse domicilium. Thebis, vel in Memnonio (ΜΑ ΑΜΟΥΝ *domicilio Amonis*), Amonis erat templum splendidissimum, qua de re, haec prouincia Ammonis vel Iouis (♃) fuerit, necesse est. Quae quidem omnia adeo consentiunt cum Geographico Taurinensi, vt vix opus sit, aliarum vrbium exempla asserre. Aries pro simbolo Ammonis habebatur. Quum vero duo fuerint Iouis Aegyptii domicilia ad Nilum, alterum a fine, alterum ab initio Aegypti secundum; facile intelligitur, cur aries duabus tantum in regionibus cultus fuerit, scilicet in superiori et inferiori Aegypti regione dicta. Ibidem enim ponit Geographicum nostrum prouincias, signis ♁ et ♁, quibus ♃ praeest, respondentem (Tab. II. No. II. Ar. II. XI.). Vidimus, milites ♂ sacros fuisse, atque constat, vtrumque eorum ordinem et Eremotybios (ΕΡ ΜΑ (ΜΟΥ) † ΟΥΒΕ *pugnatores, vel interfectores pugnantium contra, seu hostium*) et Calasirios (ΚΟΛ, ἑλ *perforare, occidere, κορυι stimulus, ὠλη scalprum*), siue μαχαιοφορος,

†) Haec quum scripta essent, vidi, Champollionem, Vir. Cl., de eodem altari Taurinensi scripsisse in libro: *Seconde Lettre a M. le Duc de Blacas* p. 111., vbi apparet, Champollionem, virum ingeniosum, parum abfuisse, quin verum videret. Nimirum recte vidit, illam inscriptionem esse geographicam; sed in eo errauit, quod tradidit, sola vrbium nomina, de quibus non nisi Memphin, Hermopolin M., Ombum, Aphroditopolin et Philas nominat, in quadratis illis contineri. Scilicet agitur potius de 12 Aegypti prouinciis, seu, vt fundamenta illa domiciliorum depicta docent, de domiciliis 12 deorum magnorum, atque de astronomico-geographicis Aegypti diuisionibus. Ceterum nomen regis adscriptum non est *Athôouti*, nec *Arthôouti*, vt Champollion vult loco laudato; sed *Sethi*, quippe principis dynastiae XIX, de quo infra fusius dictum.

quos Herodotus interpretatur, propriis suis in nomis habitasse, scilicet infra Thebas atque circa Sain⁸³). Quae quidem regiones ♂ tribuuntur, vt domicilia terrestria. Item prima inter septem Aegyptiorum classes septem planetis consecratas, scilicet sacerdotum classis ☉ adscripta, Heliopoli sedem suam habuit primariam⁸⁴). Idem probat fabula de Osiride et Typhone. Nimirum Typhon frater Osiridis, dicitur, cum rerum omnium regnum, fratri proprium, affectaret, impugnasse Osiridem eumque superasse. Postea Horus, vt fabulantur, Osiridis filius et vltor, Typhonem superavit. Osiridis quidem sepulcra celeberrima erant, alterum in Philarum insula, alterum imis in finibus Aegypti occidentalibus. Ibi enim versus occidentem ab Alexandria vel Racoti, † prouincia, situm erat oppidum Taposiris (ΘΗΠ, ΕΤΖΕΠ, ἰπογυιον, *sepulcrum*; ΟΥΡΙΡΙ *Osiris*), quod ipsi Graeci interpretantur *sepulcrum Osiridis*⁸⁵). Quum Osiris, vt in vulgus constat, sit ☉, atque Typhon †, maxime ♃ et ♁ signorum dominus; haec est illius fabulae explicatio. Sol summus rerum naturalium rex et gubernator, quum ad solstitium hibernum progreditur, perdit sensim sensimque vires suas beneficas, frigore increscente, ac minimus, fere nullas, est inter ♃ et ♁. Quo loco et tempore hiberno Osiris interemtus dici potest. Iam inde nouus annus nouusque Sol, Horus, veluti filius Solis, de quo actum et conclamatum erat, existit victor Typhonis, seu frigoris hiberni. Itaque sepulcrum Osiridis locum habet inter ♃ et ♁. Quum vero Aegypti terra instar Zodiaci diuisa fuerit, vt vidimus, ita vt inciperet a ♁ et finiretur cum ♃; vtique Aegyptii recte posuerunt sepulcra Osiridis primaria tum in Philarum insula, tum in Taposiridis oppido, quae regiones pariter atque ♁ et ♃ signa, quorum symbola sunt, confinia habentur. Denique eundem prouinciarum et vrbiū Aegyptiacarum ordinem, quem Geographicum Taurinense dictum exhibet, sequuntur Coptorum vocabularia, geographiam Aegyptiacam tractantia; quorum non pauca examinare mihi licuit⁸⁶). Incipiunt enim a finibus Aegypti versus meridiem ac finiunt catalogum vrbiū locis septentrionalibus maxime versus occidentem situs, aut vice versa.

Iam satis de astronomica Aegypti geographia. Perspicuum enim est, qualis quantusque sit huius geographiae vsus in eruenda veterum Aegyptiorum symbolice astronomica. Quum enim veteres tradant passim, quae numina, quae animalia sacra quaeque vegetabilia in variis Aegypti vrbibus culta fuerint; facile erit definire, quorum planetarum, aut Oecodespotarum illa fuerint symbola, quum ad astronomicam geographiam Aegyptiacae indolem respexeris. Qua in re ita nobis versandum erit, vt maximas ciuitates ad maxima numina, nimirum signorum dominos, referamus, minores ad Decurias. Nam 36 Aegyptiorum nomi Decuriis 36 iamiam notis respondent. Quum vero Nominatorum diuisio geometricis dimensionibus nitatur, vt veteres tradunt⁸⁷); non alio opus

83) Herod. II. 164. 165. VI. 31. Vid. sup. Pars I. §. 49. No. 5. pag. 62.

84) Ptolemaei Quadripart. p. 50. Supra P. I. §. 50. No. 3. pag. 63.

85) Vid. Jablonskii Panth. Aegypt. Part. I. Cap. I. pag. 122. ss.

86) MSS. Vocab. Copt. Arab. Bibliothec. Britann. Lond. No. 158. MSS. Vocab. Copt. Arab. Bibl. Vniu. Oxoniens. No. 1327. 4. No. 44. 45. 47. 49. MS. Copt. Arab. Voc. Roman. Bibl. Vatican. No. 73. in 8. p. πζ. MS. Vocab. Copt. Arab. Bibl. Propagand. Fid. Rom. No. 4098. in 8. MS. Voc. Copt. Arab. Bibl. Reg. Par. No. 50. No. 45. No. 46. MS. Voc. Copt. Arab. Bibl. St. German. ibid. No. 17. all. Vid. Champoll. L'Egypte sous les Pharaons. Vol. II. p. 359.

87) Herod. L. II. c. 109. putat, inde geometriam inuentam in Graeciam venisse. Col. Diod. S. L. I. p. 37.

est, quam seruare ordinem urbium principalium, vel nomorum, quo a veteribus enumerantur, atque discernere interualla inter singulos nomos, quippe inter se pares, maxime paria. Hoc autem per se intelligitur, in maximis Aegyptiorum urbibus et dominum aliquem signi vel provinciae, et Decanum aliquem vel Nomarchum cultos fuisse. Quod veteres etiam testantur.

Superest, ut videamus, ad quasnam stellas varia deorum Dearumque Aegyptiacarum nomina, idola cum insignibus suis, animalia et cetera sacra referri debeant. Qua quidem in disquisitione, ut par est, maximum momentum disertis veterum scriptorum effatis tribuimus. Quae enim veteres de Aegyptiorum antiquitatibus tradunt, ea, etiamsi nonnunquam inter se discrepare et pugnare videantur, certo ac tuto fundamento nituntur.

§. 7.

De vbertate symbolices mythologico - astronomicae.

Sane mirandum est, symbola planetarum, tum phonetica, tum imaginea, quorum partem non exiguam ex solis veterum scriptis eruimus, tam multa tamque varia fuisse. Quamquam enim, quod supra monuimus, consentaneum est, planetas alia nomina habuisse, quum numina planetaria cogitantur; alia, quum Zodiaci aliarumque coeli partium domini sumuntur; alia denique, quum variis terrae tractibus, rebusque physicis et naturalibus praesunt: nemo tamen nescit, qui vel paululum versatus sit in veterum, maxime Aegyptiorum, mythologia, Herodotum, Diodorum, Plutarchum aliosque eadem Aegyptiorum numina cum variis numinibus Graecis, atque eadem numina Graeca cum variis Aegyptiacis comparare. Ex quo sequitur, eosdem planetas alios fuisse in aliis signis, quod breuitur demonstrandum habemus. Scilicet non inepte astronomi Aegyptii tradunt, ☉ et ♃ alios esse in aliis signis⁸⁸). Quod quidem de ☉, neglecta mythologia omnique astrologia, per se intelligitur, quum ad solum naturae ordinem et rationem respicimus. Alias enim vires exerit ☉ tempore verno, alias aestiuo, autumnali, hiberno; quin singulis in signis, si accuratius in tempora inquirimus, alia praestat. Eadem varietas est ♃, maxime nouae cuiusque, si ♃ cum astrologis Aegyptiacis aliquam vim in rerum naturam adscribimus. Tunc enim quaeuis ♃ noua veluti comes ☉ consideratur. Porro iidem astronomi tradunt, ☉ et ♃ quamuis suam naturam et indolem constanter tueantur, aliquid de eorum signorum viribus assumere, in quorum finibus versentur⁸⁹). Iam habes summam variationum ☉ et ♃. Intelligitur enim, haec astra, qua numina Aegyptiaca, ex parte confundi iis cum numinibus, quae creduntur inesse singulis Zodiaci partibus, quam diu cum iis quasi coniuncti versantur. Cum astronomis vero consentiunt mythologi veteres. *Id quoque, inquit Proclus, ostendit traditio Aegyptiorum, qua mystice perhibetur, Solem in singulis Zodiaci signis aliam aliamque formam induere (ὡς διαφορῶν ἐν τοῖς ζῳδίοις ἀμειβοῦντος μορφῶν*⁹⁰). Item canit Anticlides: Ἥλιος δὲ Νοτοῖο ἀναξ,

88) Firmicus Astron. Lib. III. cap. 6. cap. 15. Lib. V. cap. 6. 16. Similia apud Ptolem. aliosque.

89) Vid. loca laudata. Sic ☉ in Ω, ut Firmic. docet pag. 136., facit principes summos, ☉ vero in ♃, domo ♀, procliues ad venerem, nimirum propter ♀ cooperantem.

90) Proclus in Tim. Platon. Lib. I. p. 33.

ἱεραῖς πολυμορφε⁹¹); atque Macrobius: *Φραζο τον παντων ὑπατον θεον ἐμμεν Ἰαω, χειματι μεν τ' Αἰδην, Δια δ' εἰαρος ἄρχομενοιο, Ἥλιον δε θερεως, μετοπωρον δ' ἄβρον Ἰαω*⁹²). Ibidem tradit auctor, solem siue Bacchum significari imagine *paruuli* hiemali solstitio, *adolescentis* aequinoctio verno, *viri barbati* solstitio aestiuo, denique *senis* aequinoctio autumnali. Martianus Capella (L. I. p. 20), *Sol*, inquit, *duodecim formas conuertit*. Huc spectat, quod, teste Porphyrio, ☉ mystice dicitur *singulis horis formam immutare, aut varios per singula Zodiaci signa vultus induere* (μετασχηματιζοσθαι), quodque diserte ☉ *μυριωνμος* vocatur⁹³). Similia traduntur de ♃. Chaeremon, *ea*, inquit, *quae de Osiride et Iside perhibentur et fabulae sacerdotales omnes ad ♃ modo crescentis, modo senescentis varietatem et ad ☉ cursum referuntur*⁹⁴). Et hanc quidem ob causam ♃ haud dubie *πολυωνμος* a veteribus vocatur. Ex his itaque veterum astronomorum et mythologorum locis sane colligitur, ☉ et ♃ nomina atque symbola in vniuersum alia fuisse, quum aliis Zodiaci in signis versarentur. Idem etiam valere videtur de reliquis Aegyptiorum planetis. Nam astrologi docent, vt vidimus, etiam planetas alias vires assumere, quum in aliorum planetarum domiciliis, siue aliis in signis, conspiciuntur⁹⁵). Ceterum haec sententia de varietate symbolorum planetarum, praesertim ☉ et ♃, neque nona est, neque in dubium vocata, sed dudum a mythologis nostris recepta et approbata⁹⁶); est autem grauissima in symbolice Aegyptiorum astronomica illustranda, vt statim videbimus.

§. 8.

Nomina mythologico-astronomica masculina.

Ammon, Amun, Ἀμμων, Ἀμμων, Ἀμμων, Ἀμμωνος significant nunc ☉, nunc ♃ planetam. Diserte enim Amun vocatur Sol in scriptis Aegyptiacis (Young. Discov. p. 146). Sacerdotes nimirum *Ἀμμων ρα σοσθηρ* (ΑΜΟΥΝ ΡΑ ΣΩΝΤ ΖΩΡ Amun Sol, pater Hori) sunt sacerdotes Solis. Item Macrobius (Saturn. L. I. c. XXI. p. 212), *Hammonem*, inquit, *Deum Solem occidentem Libyes existimarunt*. Fabula vero de Hercule et Ione apud Herodotum (II. c. 42.), qua traditur Amon, quum Hercules (☉) in signum Iouis Amonis (♃) intraret, pellem et caput arietis sibi imposuisse, ostendit, Amonis nomine etiam ♃ planetam, a ☉ diuersum, significari. Hanc ob causam Firmicus Iouem, scilicet planetam ♃, vocat habitatorem rupis Tarpeiae (L. I. c. IV. p. 14). Etiam Diodorus Siculus (I. p. 12. fin. 13), quo loco septem Cabiros siue Planetas enumerat, distinguit *Solem* a *Ioue Amnone*. Iam vero Amon non solum planetam ♃, sed eiusdem quoque domus ♃ et ♃ indicat, quod supra innuimus, quin alias Iouis possessiones. Inter omnes enim constat,

91) V. Oedipus Kircheri Tom. III. p. 128.

92) Macrobius Saturn. Lib. I. c. XVIII.

93) Porphyr. in epist. ad Anebonem in Jamblich. de Mysteriis Aeg. p. VI. Euseb. Praeparat. Euan. L. V. c. X. p. 198.

94) Porphyr. ep. ad Anebon. in Jambl. de Myst. p. VII. VIII.

95) Supra P. I. §. 46. No. V. pag. 56.

96) Jablonskii Panth. Aeg. I. 157. ss. II. 55. Dupuis Orig. de tous les cultes I. p. 109. 153. 154. II. 99. Kreuzer Comment. Herodot. pag. 148. Symbolic I. 275. ss. all.

Iouem Ammonem Thebis cultum fuisse, quae est domus ♃ terrestris, siue signum ☿ ♀ geographicum (Supra § 6). Huc spectat festum, quo simulacrum Herculis (☉) per fluuium transmissum post 12 dies, veluti menses, ad templum Iouis Thebanum reducebatur, vt Eustathius (II. a. p. 128), Diodorus Siculus (II. 88.) aliique tradunt. Eandem ob causam Aegypti inferioris prouincia appellatur Pachnamunis, quae respondet signo ♁, domui ♃ secundae. Hinc etiam Amon cultus fuit in locis et prouinciis, quae Decuriis et Horiis ♃ respondent. Sic inscriptiones Graecae apud Letronne (Recherches p. 368. 453) docent, Iouem Ammonem cultum fuisse in insula Elephantine, et Latopoli, quibus in locis habentur Decuria ♃ in ☿ et Trigonum ♃ in ☿. Notum enim est illud: *Θεοί σφραγίσται* inscriptionum Aegyptiacarum, quo significantur numina eadem in regione, veluti eadem in Zodiaci parte, coniuncta et coniunctim culta, vt dominus Signi, Trigoni, Tetragoni. Denique Amun est ☉ in variis ♃ partibus et possessionibus. Sic Macrobius (Saturn. L. I. c. XVIII.) tradit, Solem in signis vernis dici Iouem Ammonem (*Δια δ' ελαρος ὑρχομενοιο*) apud Aegyptios, aestate vero Solem ipsum. Ergo ☉ iis Zodiaci in partibus versans, quae ♃ dominum habent, nomen ♃ Amuni assumit. Item Diodorus (II. 88.) Solem in signo ♃, siue in ☿ versantem et in ♀ ingredientem vocat Iouem, cuius templum Thebanum Eustathius (II. a. p. 128.) praedicat. Hinc Memnonium, altera Thebarum pars, significat domicilium, seu possessionem (ΜΛ) Amonis. Huc spectat, quod Eusebius in Praeparatione Euangelica (III. 12.) narrat, *caput arietis significare Solis et Lunae in ♀ signo congressionem*, quo innuitur, ☉ et ☾ assumere eorum planetarum nomina, in quorum signis versentur. Clarius haec sententia docetur a Proclo (Plat. Tim. I. p. 33.), dicente, *Solem in singulis Zodiaci signis aliam aliamque formam induere*. Quod attinet simulacra Amunis eiusque insignia, Eusebius (P. E. III. 12.), *Simulacrum*, inquit, *prae se fert speciem viri sedentis et colore caeruleo imbuti, sed cui caput impositum est arietis. Loco diadematis regalis, gerit cornua hirci, quae circulum disco similem sustinent*. Ibidem Eusebius Ammoni colorem etiam caeruleum adscribit, quum addit: caeruleus vero color, lunae vim ad cogendas et eliciendas aquas repraesentat. Etiam Macrobius (Sat. I. 18.) duplicem Ammoni colorem tribuit. Solis, inquit, simulacra pinnata fingunt, quibus color apud illos non est vnus. Alterum enim caerulea specie, alterum clara fingunt. Idem docet fabula, qua perhibetur Iupiter, siue ♃, caput et pellem arietinam induisse, vt vidimus. His consentiunt Herodotus (II. 42.), Seruius (Virg. Aen. IV. 196.) aliique. Lucianus (Op. II. p. 358.), *puta*, inquit, *Iouem arietino vultu praeditum*. Ceterum commemoratur Deus *Ἀμηνήβις Θεός μέγιστος* in Oasena inscriptione (Letronne Rech. p. 238.), qui, quum Deus maximus vocetur, haud dubie non differt ab Amenophi siue Ammone.

Antaeus significat ♃. Antaeus enim gigas ab Hercule superatus dicitur, vt Typhon ab Osiride (Plutarch in Sertor. p. 572.). Etiam Typhon ipse dicitur gigas, siue Apophis, ΑΦΩΦ. Teste Mela (III. fin.), Antaeus Mauritaniae princeps, teste Diodoro (I. p. 25.), Libyae et Aethiopiae praefectus fuit. Vtraque in regione Typhonis, seu ♃, domicilia sunt ☿ et ♁. Antaeo pariter atque Typhoni ♃ crocodylus sacer erat (Plutarch. de solert. an. 976.). Hoc a deo prouincia et vrbs cum templo Antaei dicta nomen *Ἀνταίου*, ΑΝΤΗΥ accepserunt, quae quidem ita sitae sunt, vt Decuriae ♃ in ♃, siue nono Aegyptiorum nomo respondeant.

Anubis a veteribus inter maximos Aegyptiorum deos numeratur (Lucian. Op. I. p. 372. Sal. Ouid. Amor. II. El. 13.), quin Osiridis (☉) filius, vt reliqui Cabiri, dicitur (Diodor. p. 15.). Ergo

Anubis est ex septem planetis. Inter animalia canis ei consecratus erat, cuius etiam imagine colebatur (Diodor. S. I. 76. Virgil. Aen. VIII. v. 698. Propert. III. El. 9. Prudent. Apoth. v. 194. Alexandrinus ap. Athen. VII. p. 300.). Canis vero ☿ symbolum est (supra I. §. 52. No. 5. pag. 66.). Ergo Anubis ☿ planetam significat. Quae sententia multis aliis veterum effatis confirmatur. Sic ad verba Virgillii (VIII. v. 698. Aen.): *latrator Anubis*, haec Seruius notat: *quia capite canino pingitur, hunc volunt esse Mercurium*. In Anubideo, teste Luciano (T. II. p. 75. Sal.), asseruebantur cynocephali argentei. Cynocephalus vero ☿ planetae sacer, vt astronomi veteres testantur (I. §. 52. No. 5. pag. 66.). Anubis per totum Aegyptum colebatur et custos Osiridis (☉) et Isidis (☽) horumque deorum constans comes et comitator habebatur (Iuuenal. Sat. XV. v. 8. Diodor. p. 77. Iul. Firmic. Error. prof. rel. init. Proclus in Plat. Polit. p. 417.). Diserte Plutarchus (p. 355.) dicit, Aegyptios Mercurium suum dicere *canem, ob custodiendi ac vigilandi studium*. Inter planetas vero solus ☿ constanter cum ☉ est, eumque constanter in itinere proxime comitatur annuo. Anubis nunc faustus, nunc infaustus dicitur, qua de causa quoque nunc atra, nunc aurea facie pingebatur; canibus nunc nigris, nunc albis significabatur (Apuleius. Met. XI. p. 262.): inter planetas vero solus ☿ nunc faustus, nunc infaustus putabatur (I. §. 46. No. I. pag. 65.). Anubis porro non solum ☿ planetam, sed etiam domus ☿, siue ♃ et ♄ significat. Sic Cicero (Nat. D. III. 22.) et Arnobius (adu. gent. IV. p. 135.) tradunt, Mercurium quartum, verendum (Anubidem), esse Nili filium. Quo significantur domicilia et terrestrium et coelestium 12 deorum. Hinc Plutarchus (Is. 368.), *videtur*, inquit, *Anubis apud Aegyptios eam obtinere vim, quam apud Graecos Hecate, Numen scilicet terrestre simul ac coeleste*. Prouinciae vero ☿ sunt Cynopolis (ἐν τῇ πόλει Ἄννουβις τιμωται Strabo XV. p. 558.) et Lycopolis (Stephan. Ethnograph. Aelian. X. c. 45.), quae respondent signis et decuriis ☿. Hinc etiam Anubis dici videtur *superum commeator et inferum* (Apul. Met. XI. 262.). Altera enim ☿ domus ad hemisphaerium lunare, alterum ad solare spectat. Etiam puncta Zodiaci tropica Anubidis fuisse, testatur Clemens A. (Strom. V. p. 567.), vnde et *letaeus ianitor, filius Nephthis* et Cerberus, nec non Saturnus dicitur (Plut. Is. 368.) Denique per se clarum est, Anubidem ☉ quoque, in ☿ domiciliis versantem, significare. Diserte autem Macrobius (Sat. I. 19.), *in Mercurio*, inquit, *Solem coli, ex caduceo claret, Mercurio consecrandum*. Quod imagines Anubidis attinet, veteres testantur, eum capite canino et ipsa canis specie effectum fuisse (Diodor. I. 76. Virg. Aen. VIII. 698. Clemens A. Protr. p. 25.). Lucianus (Op. II. p. 358.) *Mercurium ait illum optimum canino vultu praeditum*. Insignia Anubidis caduceum (κηρυκίον), seu virgam fuisse, apparet ex loco laudato aliisque (Lucian. Tox. Hom. Od. K. 277. Op. II. p. 75.). Apuleius (II. p. 384.) ei tribuit palmam dextra, caduceum sinistra gestatum. Peculiare vero est illud, quod Anubis duabus faciebus pingebatur, et atra, et aurea (Apuleius Met. XI. 262.), cuius rei caussa eundem vocat *superum commeatorem et inferum*. Scilicet Firmicus (II. c. 7.) et Proclus (Par. Ptol. I. c. 7.) distinguunt ☿ diurnum et nocturnum, siue Solem praecedentem et subsequentem. Addit Cleomedes (Meteor. II. c. IV. p. 104.), *Sole oriente aërem purpureum fieri, occidente subito nigrescere*. Item ☿ alius est cum ☉ in hemisphaerio superiori, alius in inferiori versans. Huc spectant figurae humanae, in monumentis Aegyptiacis obuia (Zodiacis Tentyriticis), duobus capitibus insignes. Constat enim, Ianum, Hermen, Mercurium duas ha-

buisse facies apud Graecos Romanosque, atque vidimus, Anubidem ipsum Mercurium valere (Plut. Is. p. 355.)

Apis plerumque ☽ et ☿, raro ☉ significat (Vid. Suidas in articulo *Ἄπις*). *Apis*, inquit, *Lunae dedicatus et sacer, sicut Mneuis Soli*. Item Ammianus (L. XXII. p. 249.), Aelianus (XI. 11.), Eusebius (P. E. III. 13.), Lutatius (Stat. Theb. III. 478.) aliique. Teste Plutarcho (Symp. VIII. Q. 1. p. 718. De Is. p. 368.), *Apis* nascitur contactu Lunae et figuras ☽ similes fert. Tradunt Herodotus (L. II.), Plinius (VIII. 46.), Solinus (Polyh. c. 32.), Ammianus (XXII. p. 245.), Plutarchus (Is. 368.), Strabo (XVII. 555.) aliique, in *Apidis* latere fuisse ☽ maculam et scarabaeum, qui ☽ est symbolum, sub lingua. In festis taurus *Apis* ducebatur a sacerdote *Isidis* vel ☽, nimirum Nouilunio, ut Solinus (c. 32.) et Grammaticus (Fabricii Bibl. L. I. 391.) auctores sunt. *Apis* viuere dicitur 25 annos, quippe quo spatio ☽ iterum eodem die anni Aegyptiaci cum ☉ creditur, teste Plutarcho (Is. p. 374.). *Apidis*, vel *Epaphi* mensis, ut vidimus (I. §. 32. pag. 40.), erat ΕΠΕΙΦ, vndecimus mensis, signo ☿ respondens. Denique *Apidis* prouincia fuit *Memphis*, quae eidem signo ☿, seu ☽ domicilio, conuenit. Quum ☉ duodecim signorum formas subire dicatur; clarum est, *Apidem* etiam Solem, quippe in ☿ versantem, significare. Inde explicantur verba Solini (c. 32.): *omnem abscessus Nili originem de Sole concipi, primosque fieri excessus tumores, cum per cancrum Sol vehatur*. Hinc Porphyrius apud Eusebium (P. E. III. 13.) tradit, *Apim et Solis et Lunae insignia prae se ferre*. Hinc Diodorus (p. 19. 362. 368.), Strabo (XVII. 555.), Macrobius (I. 21.) testantur, *Apidem* *Osiridis* et *Solis* esse imaginem viuam. Ceterum *Apis*, praeter ☽ et scarabaei maculas, insignis erat colore nigro, aquilae figura in tergo, triangulo in fronte aliisque, ut Herodotus (III. 28.), Aelianus (XI. 10.) aliique tradunt.

Aphophis, *Apophis*, *Apopis*, Ἀποφίς significant ☿. Tradit Plutarchus (Is. 365.), fratrem *Osiridis* (☿) *Apophin*, quem infra *Typhonem* (☿) appellat, *Iouem* (☉) impugnasse. Quae fabula non differt ab illa de *Osiride* et *Typhone*, siue de ☉ in ☿ et ☿ ingrediente. Addit Plutarchus: *Apopis est sicca et ignea natura; ea vero non est Sol, sed quandam habet cum Sole cognationem*. Quae verba sane magis ☿ naturae, quam ☿ conueniunt. Nam ☿ praecipue est ignea et sicca natura. Sed quum *Apophis*, Ἀφωφ, ἔπωφ gigas dicatur, pariter atque *Typhon*, quumque ex fratribus *Osiridis* solus ☿ aduersarius *Iouis* seu ☉ fuerit; clarum est, *Apophin* ☿ planetae eiusque domiciliis respondere. Nam *Apapus*, siue *Apopus*, ut ipse *Eratosthenes* vertit (Syn-cell. p. 83.), μεγιστον siue gigantem significat; atque dudum perspecta est fabula de gigante, siue gigantibus ab *Hercule* superatis.

Arsaphes, Ἀρσαφης, significat ☉, praecipue verum. Plutarchus (Is. 365.) tradit, esse *Osiridis* cognomen Ἀρσαφης, quod vocabulum interpretatur ἀνδρειον. Ibidem Plutarchus (p. 371.) docet, *Osiridem* etiam erecto veretro fingi ad indicandam vim gignendi et alendi. Haec autem vis e sententia Aegyptiorum *Soli* propria erat veris tempore. Iam *Stephanus B.* narrat (s. *Ἰανος πολίς*), *Pauopoli*, quae regio respondet signo ☿, domui ♀, coli *Pana*, seu *Venerem* masculam, erecto veretro insignem. Quum eadem natura *Arsaphes* sit; sequitur, hoc nomen *Osiridem* seu *Horum*, i. e. Solem verum, speciatim ☉ in ☿ significare. Vocabulum Ἀρσαφης enim constat Ἀρ siue ὄρ, (ut *Arsiesis*, ὦρ CE ICIC, *Horus filius Isidis*) atque ρφε plantare, generare. Constat autem, *Horum*, quippe filium *Osiridis* (☉), dici Solem ex solstitio hiberno prodeuntem. Atque

ipse Horus, vt infra apparebit, dominus est signorum Zodiaci vernorum, speciatim ♃, seu ♀ domus.

Artes, Ἀρτης, *Ertosi*, Ἐρτωσι, vt vidimus (Sup. I. §. 4. pag. 12.), ♂ planetae sunt cognomina. Quum domicilia planetarum cum planetis suis dominis conueniant natura; sequitur, illa nomina etiam domiciliis ♂, quippe ♃ et ♀ conuenire. Reapse Vettius Valens (Salm. Ann. clim. p. 596.), „Martis,“ ait, „stella rubrum habet colorem. Nam facie ignea est hic Deus, estque ipsi vis disse-candi et interficiendi. Ideoque Aegyptii Arten (ερ-†) ipsum vocarunt, quoniam beneficorum et vitae interuersor est“. Addit Cedrenus (Salm. I. c.): *Stella Martis ab Aegyptiis vocatur Ertosi* (ερ-τωσι *plantare, generare*). *Significat autem hoc omnis generis procreationem et viuifica-tionem, omnisque substantiae et materiae naturam et vim ordinantem atque procreantem*. Hae autem virtutes non solum sunt ♂ planetae, sed etiam ♂ domini ♃. Firmicus (II. c. 12) ait: in ♃ ingressus ☉ ver facit. Quicumque ♃ horoscopante nascuntur, ad ignem cholericamque naturam de-clinabunt. Item (V. c. 6.), qui, inquit, ☉ versante in ♃ nascuntur, maleficiis, crudelitate saeuaque victoria gaudebunt“. Constat vero, Solem dici Herculem, quum versatur in domiciliis ♂ seu Herculis; quare probabile est, illa nomina etiam de ☉ in ♂ possessionibus versante adhiberi.

Arueris, Ἀρουρησις, cognomen ♃ atque ☉ in ♃ possessionibus versantis. Tradit Plutarchus (Is. 355), *secunda die Aruerin esse natum, quem Apollinem et seniore Horum dicunt*, et (ib. 373.), *Apollo*, inquit, *ex Iside et Osiride, adhuc in vtero Rhae versantibus, dicitur natus, — ideoque illum deum mutilum, in tenebris natum esse aiunt, et seniore Horum appellant*. Pro-fecto ♃ planetae nomina sunt Apollo (Vid. sup. p. 31. II) et, vti videbimus, Horus; atque cum ♃ planeta conuenit Arueris (I. §. 34. p. 42). Dicitur autem Arueris Horus senior, quemadmodum distinguuntur Hermes et Hermes trismegistus, Horus et Horus Apollo; quare Arueris etiam ad ☉ pertineat, necesse est. Reapse Horus hic mutilus dicitur natusque ex tenebris (♃ et ☉); quare idem est cum Harpocrate, ωρ παῦ ρατ, Horo claudicante, *tenero Iao*. Quae quidem numina ☉ ex solstitio hiberno prodeuntem, solem vernum designant. Veris vero dominus est ♃ iuuenilis (I. §. 7. pag. 14.). Hanc certe sententiam confirmat nominis interpretatio, quod constat verbis ωρ Horus, atque ογῆρ, siue βερ, nonus, ver, εἶρ, βῆρ Aeolico; quibus affinia sunt ερ, ρρ *facere*. Hinc recte Plutarchus (Is. 574.) nomen Isidis Μεθυερ, μεθ-τ-ογερ, constare dicit *ἐκ του πληρους και του αιτιου*.

Babys, Βαβυς, *Bebon*, Βεβων cognomina ♃. Teste Plutarcho (Is. 71.), *significatur voce Bebonis detentio, coercitio et prohibitio, quod rebus recta via incedentibus, et ad finem suum tendentibus, vis Typhonis (♃) obsistat*. Similia Plutarchus (p. 371) et Hellanicus apud Athenaeum (Deipn. L. XV. p. 680). *Dii, inquit, in Aegypto coronas sibi detraxerunt, cum Babyn, qui Typhon (♃) est, regnare intellexissent*. Conferantur vocabula Coptica βηβ cauerua, βαβε augustus, stultus, πα-ογβε, παουβηνγ contrarius, aduersarius. Certe Plutarchus (Is. 367.) haec tradit: *Typhon autem Sih appellatur et Bebon ac insuper Smy, quibus verbis indicatur violentia quaedam, con-trarietas, aut inuersio*. Ergo radix haud dubie est ογβε *contra*. Ceterum quod Babys, siue Typhon regnasse dicitur, in oculos incurrit, hoc dici de ☉ signa ♃ et ☉ obeunte.

Belus, Βελος haud dubie ☉ (πλ-λα, πλ-ρα) significat. Graeci enim eum vocant Iouem (aut ☉, aut ♃); nec dubito, quin βελ affine sit Baal, i. e. dominus, βιος, ζεις, Deus, siue ☉.

Etiam Vulcanus (☉) est ♂, et reliquorum planetarum pater, uti Belus pater Persei (♂) et Hercules (♂) (Apollod. II. 1. 4.).

Besa, Bisa, ☉ cognomen. Occurrit enim nomen ΒΕΣΑΜΟΥΝ in Miraculis Coluthi (p. 339. Georg.), quo aperte Ammonis nomen cum Besa comparatur. Porro eiusdem Dei celeberrimum oraculum erat Abydi (Ammian Mar. XIX. p. 164. Phot. Bibl. c. 279. p. 1596), quod non nisi ☉ ac summis diis conuenit. Deinde iidem auctores testantur, Besam et Abydi in Thebaide, et Besae, siue Antinoae, vel Besantinoi prope Hermopolin cultum fuisse. Sunt autem hae vrbes decuriae ☉ in Υ. et Π. Reuera Decanus ☉ in Π a Firmico vocatur Te-pisa-tosoa (I. §. 17. pag. 23.), a Valente (ib.) φονορ, π-ζο-ωρ Hori (☉) facies, siue decuria. Decani enim antiquitus facies, ποροσωπα, מרעב appellati sunt (I. §. 17. p. 23.).

Camephis, Καμηφίς, ☉ nec non ♂ cognomen. Vocatur enim apud Stobaeum (Eclog. Phys. p. 120.) προπατωρ και παντων προγενεστερος. Eadem tribuuntur Vulcano, seu Phtha (☉). Theosophia quidem Aegyptiaca tres docet Camephes, patrem, filium et nepotem (Damasc. in Wolfii Anecd. Gr. T. III); diserte autem traditur ab eodem, *tertium Camephim, sic nominatum a patre et auo, esse Solem*. Ceterum Καμηφίς haud dubie descendit a ΚΑΜΕ-φι, *conseruator Aegypti*, atque diserte Cicero (Nat. Deor. III. c. 22) ait, *secundum Vulcanum esse Phtha (☉ et ♂), ut Aegyptii appellant, quem custodem Aegypti volunt*.

Canobus, Canopus, Κανωβος ☿ significant. Hoc nomen Graeci interpretantur Mercurium. Notus est enim Mercurius, siue Hermes, Canobiticus. Vocabulum Canopi, teste Aristide (Aegypt. fol. 96. Hor.), significat aureum solum (χορσορν ἔδαφος), cui respondet sane ΚΑΙ-ΝΟΥΒ *aureum solum*. Aurum vero ☿ planetae sacrum, vnde et ☿ χορσορνης dicitur et auream statuam, aureum caduceum, aureas phyalas et alia habuit ex auro fabricata symbola (Lucian. Tox. Opp. II. p. 75). Ex eadem radice Anubis siue ☿, de quo dictum. Quare Anubidi aurea facies tribuitur. Huc spectat fabula de Menelao eiusque nauclero Canobo. Constat enim e Pantheo Jablonskii (L. V. c. 4. p. 132.), haec magis astronomica quam historica esse. Menelaus enim ΜΑ-Ν-ΡΑΟΣ, Basnurice ΜΑ-Ν-ΛΑΟΣ, ipse est ☉, cuius constans comes ac nauclerus ☿ est. Infra apparebit, ☉ ac reliquos planetas nauigiis circum terram circumuehi putari (III §. 3). Quod vero Menelaus cum Canobo in vrbe Canopi appulit redux factus e bello Troiano, id cohaeret cum situ huius vrbis. Scilicet Canobus, in vltima Aegypti parte sita, respondet termino Aegypti et semicirculi solaris in ♄ fine. Sic Dionysius Periegetes canit (V. 12): *vbi maxime borealis est Aegypti recessus, et fanum percelebre Amyclaei Canobi*. Terminorum vero Deus non solum apud Graecos Romanosque, sed Aegyptios quoque ☿ fuisse videtur. Quam ob causam etiam Aegyptiorum ☿ Anubis, ut vidimus, duobus capitibus fingebatur. En locum probantem Clementis (Strom. V. p. 567). *Atque duo quidem canes (☿ sacros), inquit, symbola sunt duorum haemisphaeriorum. Sunt, qui volunt, tropicos significari per canes, qui custodiunt ad instar ianitorum accessum solis ad austrum et septentrionem*. Hinc et ianitor Cerberus. Ergo Canobus ☿ Canobi cultus terminum semicirculi solaris in fine ♄ indicat. Itaque nomen Menelai (☉) innuere videtur solem cum (☿) nauclero reducem ad pristinum Zodiaci locum, quippe terminum vtriusque hemisphaerii. Ceterum Canobi floruerunt artes, praesertim mathematica, astronomia, astrologia, quare et Ptolemaeus Canopi 40 per annos literis operam dedit: quae quidem artes Thontum (☿) auctorem et patro-

num habuerunt. Vnde probatur profecto, Canobum ad ☿ planetam esse referendum. Quod denique Canobi imaginem attinet, clare docet Ruffinus (Histor. Eccl. II. 26.), eam fuisse hydriam, ampliolem infra quam supra. Quae hydria apparet in numis Canobicis (Vaillant. Numism. Aeg. Hist. Pt. p. 205.) atque in Geographico Taurinensi (Tab. II. no. 2. fin.), vbi literas adscriptas habes ΚΝΒ, *Canobus*.

Cneph, Κνηφ, *Cnuphis*, *Chnubis*, *Χνουβις*, *Κνουφις*, *Ἰχνοουφις*, ☉, nonnunquam ♃ designant. Haec nomina Graeci vertunt Ἀγαθοδαίμονα, ἀγαθὸν δαίμονα, quae vera est huius vocabuli (ἰβ δαίμων, ΝΟΥΦΙ ἀγαθός) interpretatio. Agathodaemon vero a Manethone, vti constat, inter septem deos Aegyptiorum maximos numeratur, qui sunt septem Cabiri, seu planetae. Porro Agathodaemon dicitur deorum pater pariter atque Vulcanus, qui est ☉ ipse, mundi opifex. *Opificem*, inquit Eusebius (P. E. III. 9. p. 115), *Aegyptii appellant Kneph*. Hunc vero Kneph non fuisse Deum inuisibilem, sed planetam, ex eo apparet, quod animalia sacra habuit atque certis in locis Aegypti reliquorum planetarum ad instar cultus fuit. Tradit enim Eusebius, vt vidimus, totum mundum cum animalibus, vegetabilibus aliisque suis particulis inter septem planetas diuisum fuisse. Deo Kneph, de quo statim plura, Thebis, Elephantinae aliisque locis culto, sacra fuerunt aries, serpentes, alia. Porro constat, septem ostia Nili, partim arte facta, septem planetis adscripta fuisse. De his duo maxima flumina Agathodaemonis et Athribis vocantur, siue ☉ et ♃. Reliqua minoribus planetis ac diis adscribuntur, vt ♂ Sebenniticum, seu Thermuthiacum periculosum. Deinde Nilus ipse, quem ☉ esse infra videbimus, Agathodaemon vocatur. *Magnum Delta*, καθ' ὃ ἐκτρέπεται ὁ μέγας ποταμός, καλούμενος ἀγαθός δαίμων (Ptol. Geogr. IV. 5). Porro ipse taurus Hermunthiacus Pacis, Soli consecratus, Onuphis (Ο-ΝΟΥΦΙ) appellatur (Aelian. XII. 11. col. Macrobian. Sat. I. 21. p. 212), qui nutriebatur etiam in templo Apollinis (☉). Denique symbolum Kneph erat discus serpente circumdatus (Euseb. P. E. I. 10. p. 41.), qui discus ☉ est symbolum (vid. inf.). *Τὸν δὲ μίσησον*, inquit, *ὄσθιν συνεκτικὸν τοῦτον (κύκλον), ἀγαθὸν δαίμονα σχημαίνοντες*. Similia Proclus (Tim. Pl. III. p. 216). Iam vero Kneph non modo ☉ sed etiam ♃ planetam significat. Neque hoc mirum, quum ☉ et ♃, simili natura praediti, alias confundantur (I. §. 54. p. 68.). Haec in promptu sunt veterum testimonia. Inscriptio Graeca (Lectronne Recherch. p. 345): *Χνουβει τῷ καὶ Ἀμμωνι* et ceteris diis. Kneph et Amon (♃) eodem modo depingebantur, et ouem sibi sacram habebant (Euseb. P. E. III. 11. p. 115). *Aegyptii*, inquit, *opificem, quem Kneph appellant, humana specie configurarunt, colore caeruleo eoque nigricante, cingulum aut sceptrum manu tenentem. — Eique Numini ouem consecrarunt*. Idem serpens Kneph Agathodaemonis et Iouis (♃) symbolum erat, atque vtrumque numen iisdem in locis colebatur. Plutarchus (Is. 359.) tradit, Thebanos Kneph colere. Herodotus (II. 74.), *circa Thebas*, inquit, *sunt sacri serpentes, nihil omnino hominibus noxii, pusillo corpore, binis praediti cornibus, e summo vertice enatis; quos defunctos in Iouis (♃) aede sepeliunt. Huic enim deo consecrati sunt illi*. Eusebius (P. E. I. 10. p. 41.), *Phoenices*, inquit, *animal illud (serpentem) Agathodaemonem vocant; ac simili ratione Aegyptii nomen ipsi indentes Kneph*. Plutarchus (Amator. 755.) in Aegypto vidit litigantes de serpente, *quem Agathodaemonem, seu bonum Genium vocarent*. Omnino noxii serpentes noxiis planetis, innoxii bonis, veluti ♃ vraeus, sacri erant. De cultu Kneph apud Thebanos dictum. Constat autem Thebas respondere domicilio ♃ seu

signo ☿. Item Strabo (XVII. p. 562.) templum Kneph (ἱερον Κνουφιδος) vidit in Elephantine, qua Aegypti in parte 4 habetur trigoni dominus. De inscriptione Rüppeliana in insula Bacchi, haud procul ab Elephantine sita, secundum quam Kneph, siue Amon, ibi cultus fuerit, supra diximus. Adde inscriptionem apud Philas repertam, quae sic incipit: ΙΟΜΗΑΜΜΟΝΙΚΕΝΥΒΙΔΙ h. e. Ioni Hammoni Chnubidi (Letronne Rech. p. 361). De imagine Kneph, vt vidimus, haec Eusebius (III. c. 11. p. 115): *Kneph humana specie configurarunt.*

Esmunus, Schmun, Ichmin, Ischemun, Ἐσμουνος, Ὠμοῦν, 𐤀𐤌𐤌𐤍 significant ☿ et ♂. Haec enim vocabula significant octo atque diserte testantur Damascius (vita Isidor. Phot. Bib. CCXLII. p. 1074), Esmunum esse octauum Satuci filium, octauum Cabirorum fratrum; atque Clemens (Praeparat. E. p. 44.), Esmunum esse terram. Quorum verba haec sunt: *Satuco nati sunt filii, quos Dioscuros et Cabiros interpretantur, post quos octauus natus est Esmunus, quem Aesculapium interpretantur;* atque: *Septem sunt dii planetae, octauus, qui ex his omnibus constat, mundus est.* Adde locum Simplicii (ad Aristot. de Coelo II. fol. 124.), quo dicit, Pythagoraeos ab Aegyptiis doctos mundum aequalem planetis (ἐν τῶν ἀστέρων) fecisse. En octauum Cabirum. Etiam vidimus, in Zodiaco Taurinensi (Tab. II.) atque in numo Antonini (Dupuis. Or. I. p. 178.) Esmunum seu terram in medio Zodiaco, septem planetis circumdatam, secundum communem veterum opinionem repraesentari. Videtur itaque ☿, quum Esmunus etiam ☿ planetam significet, dominum terrae in vniuersum valuisse. Huc facit Horapollo (I. 14.), quum dicit, cynocephalum, qui ☿ est animal (v. infra), significare etiam terrarum orbem (ὀλιγομηνον). Ergo ☿ cynocephalus, Esmunus, Cabyrus octauus, proprie quidem ♂ designat. Iam vero, Esmunum ☿ quoque significare, certo certius est. Damascius (l. l.) Esmunum tradit esse Aesculapium. Aesculapius vero non differt a Mercurio atque Thotho (Jablonskii Panth. Aeg. L. V. c. VI. p. 192. ss.). Eodem Damascii loco Esmunus venator dicitur (ὀλιθως κνηφεται); venatio vero et canes ab astrologis Aegyptiacis ☿ sunt consecrata (I. §. 52. No. 3. 5. p. 66.). Praeterea Esmunus, Schmun, Schmin iis in locis cultus fuit, quae ☿ conueniunt. Mercurii vero prouincia (signum ♀) est Hermopolis, quae Aegyptiace dicebatur Ὠμοῦν (Champollion L'Egypte I. p. 292.). Vrbs Mendes apud Pelusium antiquitus dicebatur Ὠμοῦν ἠερμαν *Schmun malorum punicorum* (Champ. l. l. II. p. 124.), quo loco non solum ☿ colebatur, sed etiam altera ☿ domus terrestris (♄) habebatur. Porro vrbs Chemmis conuenit cum Ὠμοῦν, quae antiquitus dicebatur Ὠμιν a ἠμῶν, ἠμιν, χμιν *incallescere, feruere*; qua in vrbe, teste Gelaledino aliisque, Esmunus sedem habuit atque Pan hircusque culti fuerunt (Jabl. Panth. L. II. p. 292. s.). Chemmis vero ad prouinciam ♀ pertinet (♃), cuius primus decanus, cui respondet Chemmis, proprius ☿ est. Denique quum Ὠμοῦν et reliqua significant octo atque octo lineolae, quibus Aegyptii 8 scribunt, signum ☿ alterum, nimirum ♄, expriment in Geographico Taurinensi (Tab. II. No. 2.); clarum est, vocabulo Esmun ☿ tum planetam, tum dominum partium Zodiaci significari. Adde, quod in monumentis Aegyptiacis saepissime numero occurrit hominis figura cum capite Ibis, qua ☿ exprimitur (v. infra Thoth), cuique adscriptae sunt octo illae lineolae (Vid. Tab. VII. A. 1.). Ipse vero Cicero (Nat. Deor. III. 82.) Esmunum dicit Mercurium quartum. Item Diodorus (I. p. 13.) deum octauum maximum vocat Mercurium. De imagine Esmuni facile est disserere. Constat, in vrbe Chemmis et Mendis dicta hircos fuisse cultos. Chemmi praecipuum templum Panis habebatur, qui deus vel ipse partim

hircinus erat. Hircus vero per suam naturam symbolum est generationis. Esmunus quoque, teste Damascio (Phot. Bib. CCXLII. p. 1074.), calorem vitae significat, quod etiam ΗΜΟΜ, ΩΜΙΝ exprimunt. Mercurio vero oculos caprinos astrologi adscribunt (I. §. 52. No. 5. p. 66.). Ampelius (libro memor. cap. II.): Quo tempore, inquit, Python (Typhon), speluncas incolens in monte Tauro, Aegyptum profectus est ad bellum, Pan se in caprae figuram conuertit“. „Mendesii, ait Herodotus (II. 46.), numerant Pana inter octo deos, quos aiunt duodecim diis priores exstitisse. Pictores et statuarii faciunt simulacrum Panos, sicut Graeci, caprina facie et hircinis cruribus“. Diodorus (I. p. 55.): *Hircum, inquit, inter deos retulerunt propter genitalem partem. Est enim animal hoc salacissimum.* Priapus autem apud Aegyptios dicitur Horus (☿). Ovidius (Met. V. 329.) tradit, mutasse se prolem Semeleiam (Bacchum) in caprum. Quo ex loco apparet, caprum etiam ☉ in signis Esmuni (♃ vel ♀) versantem significare, vt alias. Adde locum Stephani (s. Πανος τ.): *Est vero, inquit, etiam in hac vrbe magnum dei simulacrum, in quo apparet erectum veretrum — dextraque flagellum intentat Lunae, cuius idolum esse aiunt Pana.* Quo ex loco, quum flagellum ☉ symbolum sit, denuo apparet, ☉, in decuria ☿ signi ♃, trientis verni (☿), versantem, Esmuni, seu Pani proprietates assumere. Certe Diodorus (L. I. p. 22.) testatur, Pana et Osiridem eundem esse, atque ab Aegyptiis pro ☉ (verno) haberi. Quum vero idem tradit (p. 11.), Pana cum Osiride expeditionem fecisse, significat ☿, solis comitem.

Harpocrates, Ἀρροκράτης, ☉ designat, praesertim hibernum, vel e solstitio hiberno (♄) prodeuntem, nec non ☿. Solem enim e solstitio hiberno prodeuntem Latini *solem nouum*, Aegyptii Osiridem *iuuenem* et *renatum* dixerunt (Jabl. Panth. II. c. 6. p. 253. 258.) Quo quidem tempore hiberno Harpocrates, Osiridis et Isidis filius, natus dicitur a Plutarcho (Is. p. 377.). *Ideoque, inquit, narratur Isis, cum se sentiret grauidam, sexta die mensis Paophi (♄) appendisse sibi amuletum, atque peperisse Harpocratem, sub solstitium hibernum (♄ inter et ♃), imperfectum et valde tenerum, inter flores et germina tum primum propullulantia.* Item Macrobius (Sat. I. c. 18.), „hae aetatum diuersitates“, inquit, „ad solem referuntur, vt paruulus videatur hiemali solstitio, qualem Aegyptii proferunt ex adyto, die certa, quod tunc breuissimo die veluti paruus et infans videatur“. His consentit Apollo Clarius apud Macrobium (ib.), dicens, Deum (☉) supremum dici autumno finito tenerum Iao (Ἰαω). Et hinc Harpocrates ωρ-παῦ-πατ, Horus claudicans (infirmus) pede, dicitur. Sol enim quum versatur in ♃ ☿ et ♃, parum adhuc valet vim suam exercere. Horus enim, tanquam ☉ nouus, siue filius Osiridis mortui, non differt ab Harpocrate, quare et Horus Buti nutritus dicitur a Plutarcho (Is. 357.). Hinc idem tradit (Is. p. 378. 373.), Harpocratem corpore imperfectum membrisque imbecillum, mutilum et mancum in tenebris (♄) natum esse. Adde eiusdem locum (Is. 358.). Isin dicit ex Osiride ante mensium completum numerum filium peperisse Harpocratem inferioribus in membris debilem. Iam cum ☉ in quouis signo aliam potestatem assumat atque a dominis signorum dicatur; sequitur etiam ♄, quippe dominum ♃, Harpocratem dici aut certe eadem imagine exprimi. Quod testatur locus Ouidii (Met. IX. 687.), quo septem planetae commemorantur, ♄ vero his verbis describitur: *quique premit vocem digitoque silentia suadet* (Vid. infra Bubastis). Ceterum dubio caret, etiam ☿ Harpocratem dictum fuisse. Etenim ☿ quoque Horus dicitur, atque constat, ☉ in variis Zodiaci partibus eorum planetarum assumere nomina, qui domini sunt illarum partium (Sup. §. 7. pag. 86.). Horus vero, siue ☿,

dominus est signorum vernorum, ut vidimus. Denique et ♂ Harpocrates dici videtur, ut docet vocabulum Σειγουκραιτης ΧΩΜ-ΦΑΒ-ΡΑΤ i. e. Hercules claudicans, de quo ad *Zom* disseremus. De imaginibus Harpocratis veteres tradiderunt, eum fingi nunc puerulum infirmum, nunc loto insidentem, nunc pedibus vinctum, digitum ad labia gerentem. Plutarchus (Is. 355.): Neque putant, Solem infantem, recens natum, e loto exstitisse; sed sic ortum solis pingunt. Item (Is. 378.): Etsi Harpocrates fingatur tenellus admodum in floribus et germinibus recens e terra prodeuntibus, ideoque pingi soleat loto insidens; cet. Idem (Pyth. Orac. p. 400.) tradit, Aegyptios orientem solem exprimere picto puerulo, qui loto insideat. Quo ex loco apparet, Harpocratem dici quoque de sole oriente, veluti e semicirculo hiberno prodeunte. Simillimus enim est ☉ recens annuus quotidiano. Varro (Lin. Lat. L. IV. p. 17.), *etsi*, inquit, *Harpocrates digito significet, ut ea taceam*. Ovidius (Met. IX. 691.): Harpocrates, quippe premit vocem, digitoque silentia suadet. Damascius (Vit. Isid. ap. Phot. CCXLII. 1049.), fertur (Heraiscus), inquit, ex utero matris prodiisse, indice silentii digito labiis adhaerente, quomodo et Aegyptii fabulantur, Horum (♃) et ante hunc Solem (ὄρον και προ του ὄρου του Ἡλιου) natum esse. Quo loco confirmatur id, quod diximus etiam ♃ Harpocratem dici parique ratione effingi. Neque hoc mirum, quum Solis comites ♃ et ♀ similem habeant interitum et restitutionem in solstitio hiberno. Adde locum Horapollinis (II. c. 3.), quo dicit, pedibus coniunctis cursum Solis in solstitio hiberno significari. Huc spectat fabula de Ioue in deserto (♄ et ☿) pedibus vincto et impedito (Plut. Is. 376.). Ibidem traditur, etiam Paphlagonēs dicere Solem vinciri et coerceri hyeme.

Horus, ὄρος, ωρ omnium maxime fuit crux mythologorum. Scilicet tam multa tamque varia et inconcinna praedicantur de Horo, ut hoc nomen non possit non plures diuersosque Deos significare. Profecto Horus nunc ☉, nunc ♀, nunc ♃, nunc horum possessiones exprimit. Quod quam verum sit, vel ex eo intelligitur, quod Horus, quum alio sensu accipitur, alia cognomina assumit. Sic commemorantur Horus senior et iunior, Horns Apollo et Horus vindex, Horus, claudicans (Harpocrates), Horus vernus (Arueris), Horus filius Osiridis et Isis (Arsiesis), Horns frater Osiridis, Horus Cabirus et Horus semideus. Et primo quidem Manetho Hornum inter deos maximos seu Cabiros numerat, ex quo sequitur, Horum fuisse planetam aliquem. Porro quum Horus variis Aegypti in prouinciis, ut Tentyrae, Apollinopoli aliisque cultus fuerit; hoc etiam clarum est, Horum significare signa partesque minores Zodiaci, siue deos ex ordine 12 deorum, Decanos aliosque, quod vel nomina Decanorum *Oroasoer*, *Senacer*, *Asentacer* testantur. Iam inter planetas primum ☉ significat Horus. Tradit Josephus (adu. App. I. p. 460. Bel.), Amenophin voluisse *deorum* (zodiacalium) *frui conspectu, quod etiam contigisset Horo* (☉). Sic et Hercules (♄) cupiuit cernere Ammonem (♁). Ergo Horus hoc loco ☉ significat. Hinc Graeci Horum constanter interpretantur Apollinem, atque constat, Phoebum Apollinem ☉ esse. Hic est Horus ille Saturni et Rheae filius (Diod. S. I. p. 18.), a quo differt Horus Osiridis filius; hic haud dubie Horus senior. *Apollo*, inquit Plutarchus (Is. 373), *ex Iside et Osiride adhuc in utero Rheae versantibus, dicitur natus, ideoque deum illum mutilum in tenebris natum esse aiunt, et seniore Horum appellant*. Cogitandus est ☉ e solstitio hiberno procedens. Huc spectat fabula de Horo Buti nutrito. Butus enim domus ♃ est, siue signum ♃, atque inter ♃ et ♄ solstitium hibernum locum habet, quod rectius vix exprimi poterat, quam fabula de Horo, siue ☉ nouum

annum astronomicum auspicante, tenello, in fine \propto terrestris nutrito, inde crescente. Buti etiam Harpocrates (\odot nouus) rite eodemque modo cum Horo colebatur, teste Epiphanio (Expos. Fid. §.5. p.1092), quatenus \odot vernum significat. Quum vterque filius Isidis fuerit, Isis vero, teste Epiphanio in Ancorato, non nisi vnum filium (*ένα παιδα*) habuerit; inde consequitur, aut Horum et Harpocratem eundem fuisse, aut, quum diserte alter ab altero distinguatur, alterutrum \odot aut \propto , solis comitem, significare. Suidas in voce Priapos, *Simulacrum*, inquit, *Priapi, quem Horum Aegyptii vocant, humana forma fingunt. — Eundem enim ac Solem esse arbitrantur.* Quo ex loco apparet, quum Priapus in domiciliis \propto et \propto cultus fuerit, Horum primo \propto et \propto quoque significare, hinc \odot in possessionibus \propto et \propto . Quum vero Horus (\propto) dominus veris fuerit, clarum est, \odot dici Horum in signis \propto vel \propto subiectis versantem. Tradit Macrobius (l. c.), Hermunthi, in magnifico Apollinis templo consecratum Soli taurum coli. Macrobius item (Sat. I. 21), *apud Aegyptios*, inquit, *Apollo, qui est Sol, Horus vocatur. Aegyptii*, inquit Horapollo (l. c. 17), *sub solio Hori (\odot) leones supponunt, huius animalis cum deo vtpote Sole similitudinem maximam monstrantes. Dicitur autem apud eos Sol Horus.* Ex his itaque locis, quae facile sexcentis aliis augeri potuissent, intelligitur, Horum significare \odot , praecipue vernum. Significat vero etiam \propto planetam. Quamquam enim hoc sequitur partim ex locis allatis; adsunt tamen et clariora testimonia. Tradit Achilles Tatius (Petau. Vran. p.136.) haec: *ὁ του Ἐρμου ἄστηρ (\propto) καλεῖται παρα μὲν Ἑλλήσι σιλιβων, παρα δὲ Αἰγυπτίοις Ἀπολλωνος ἄστηρ.* Notum vero est, Horum constanter vocari Apollinem. Herodotus (II. 144 et 156.), *ὄρον*, inquit, *του Ὀσiriος (\odot) παιδα (\propto) του Ἀπολλωνα Ἑλλήνες ὀνομαζουσι.* Item Proclus (Paraph. Ptol. I. c. 9. p. 32. Vid. sup. I. §. 25. II. pag. 31.) diserte \propto appellat Apollinem. Vrbs Hermopolis, qua Hermes (\propto) cultus fuit, Aegyptiace dicebatur $\dagger\mu\text{-}\eta\text{-}\rho\omega\pi$, oppidum Hori (Champoll. L'Egypt. II. 252). Inter quinque deos, qui, serius nati, cum 7 Cabiris 12 deos Aegyptiorum magnos constituunt, Horus, siue Arueris, siue Apollo, Plutarcho teste (Is. p.355.), vtique \propto conuenit (I. §.34. p 42). Huc spectat locus Diodori (I. c. 25. p. 30. Wes.) *Inuenit Isis, inquit, immortalitatis pharmacum, quo filium Horum, Titanum insidiis suppressum in vitam reduxit. Hic vltimus deorum. Horumque interpretantur Appollinem, qui medendi et vaticinandi artem (ιατρικην) ab Iside matre edoctus, oraculis et medicationibus (δια των χρησμων και των θεραπειων) bene de mortalium genere meritus est.* Medicinae vero pariter atque artis nanticae auctor et patronus \propto est (I. §. 52. No. 3. 4. 5. pag. 65). Denique Horus etiam \propto planetam significat. Tradit Diodorus (I. p. 21. Wess.), *Osiridem expeditionem fecisse cum fratre, quem Graeci Apollinem (\propto) vocant, qui lauri demonstrator habetur. — Cum Osiride duos filios profectos esse, Anubin et Macedonem. Anubidi e pelle canina, Macedoni ex lupi corio tegumentum erat. Associauit etiam Pana numen suae expeditioni. Huic Chemmin, seu Panopolin exstruxerunt.* Quo loco Osiris \odot , Anubis et Macedo \propto significant, tum matutinum, tum vespertinum. Nam \propto et canis, et lupus sacri. Frater Osiridis non differt a \propto quippe lauri inuentore. Expeditio Osiridis est \odot decursus annuus. Iam comes Osiridis alter est \propto siue Pan. Pan vero Chemmi et Mendesio in nomo (\cong) cultus \propto est. Reapse et Pani, et Horo, et \propto generatio adscribitur (I. §. 51. Aelion. An. XI. 10). Pana vero diserte vocant Horum. Diodorus (I. p.55), *Priapum* (seu Pana), inquit, *dicunt Horum.* Inprimis huc facit locus Inscriptionis Rosettanae (L. 26). Dicitur Epiphanes Patrem vltus, vt *Ἐρμης*

και Ὀροϛ (Ϝ et ♀), filii Osiridis et Isidis. Differt itaque Hermes ab Horo, quippe ♀ filio ☉, vt supra. Quam sententiam confirmant nomina ♀, quum decuriis praeest. Sic ♀ decanus in ⚖, domo ⚡, vocatur Oro-aso-er, Horus Aso (⚡). Etiam prouinciae et vrbes ♀ propriae Hori nomine insigniuntur. Sic Tentyra Aegyptiace vocatur ΜΙ-ΤΕ-ΝΤ-ΩΡΕ, ΜΙ-ΤΕ-ΝΘ-ΩΡΙ, ΜΙ-ΚΕ-ΝΤ-ΩΡΕ, ΝΕ-ΚΕ-ΝΤ-ΟΡΕ, hoc est *agri Hori*, vel *possessio Hori*. Tentyra vero respondet nono Aegypti nomo, siue ♀ decuriae in Υ, per situm suum. Sic Athribis, Ἀθριβις, Ἀθρειβις, Aegyptiace ΔΘΡΗΒΙ, ΔΤΡΙΒ (Η-ΘΟ-ΩΡ-ΖΙΠ), h. e. domus mundana Hori in Mercurii, seu Ibis prouincia, vocatur. Athribis vero respondet decuriae ♀ in Π, Ϝ domo. Ipse vero Plutarchus (Is. 373.) vocabulum Ἀθρι (Η-ΘΟ-ΩΡ), Veneris (♀) cognomen, interpretatur οἶκον ὄρου κοσμοῖον. Iuxta Athribis urbem, paullo longius a Memphi (Ω) sitam, est Pharbaethos, Coptice ΦΑΡΒΑΙΤ, h. e. Π-ΖΑΡ-ΒΑΙΗΘ vel ΒΑΙC, Hori accipitris vrbs (Horap. I. 7). Quare haec vrbs respondet decuriae Ϝ iu Π, Ϝ domo. Reapse accipiter Ϝ sacer. Iam per se intelligitur, et supra demonstratum est, Horum non solum planetas ☉ ♀ et Ϝ, sed et eorum domicilia, seu signa, et decurias, et alias Zodiaci partes significare, nec non Solem in his coeli regionibus versantem. Diserte Macrobius (Sat. c. XVIII.), in sacris, inquit, tenetur, vt Sol, cum supero hemisphaerio est, Apollo vocetur“. Quod denique simulacra Hori attinet, haec de iis tradunt veteres. Suidas (voce Priapi): *Simulacrum Priapi, quem Horum Aegyptii vocant, humana forma fingunt, dextra sceptrum tenens, propterea, quod ab eo tum siccum, siue tellus, tum mare sit in lucem productum. Laeva vero tenens veretrum suum intentum, propterea, quod semina, quae in terra occultantur, educat in apertum ac manifesta reddat. Alae vero additae celeritatem motus indicant. Eundem enim ac solem esse arbitrantur.* Quo ex loco clarum est, hanc esse ☉ imaginem in Ϝ vel in signis vernis constituti. Damascius (vit. Isid. apud Phot. p. 1094): *Fertur (Heraeus) ex vtero matris prodisse indice silentii digito labiis adhaerente, quomodo et Aegyptii fabulantur, Horum et ante hunc Solem natum esse.* Tradit Epiphanius (Exp. Fid. §. 5 p. 1092.), festo Hori *seruilem, puerilem et abominandam speciem circumferri.* Adde Macrobius (I. c. 18): *Aetatum diuersitates, inquit, ad ☉ referuntur, vt aequinoctio vernali similiter atque adolescentis adipiscatur vires figuraque iuuenis ornetur.* Iuuentus vero Ϝ est (I. §. 52. no. 2 pag. 65). Quum Plutarchus (Is. p. 355. 373.) Horum *deum mutilum, membris mutilum et mancum* dicit, id spectat ad ☉ vernum et Ϝ illorum signorum dominum eadem ratione expressum. Denique Horum ex more Aegyptiorum, quo dii capitibus animalium iis sacrorum ornabantur, etiam capite accipitris effectum fuisse, locus Antonini Liberalis suadet (Met. Fab. XXVIII). *Apollo (♀), inquit, mutatus est in accipitrem, Mercurius (♀) in Ibin, Mars (♂) in pisces Lepidotum, Diana (♃) in felem.* Quod accidit, quum Sol (☉) a Typhone (⚡) superaretur. Ceterum huc spectat, quod Plutarchus (Is. 371.) narrat, se vidisse Apollinopoli in Aegypto superiori figuram hominis capite accipitris hippopotamum hasta necantem, nimirum ☉, Horum iuuenem, Typhonem ⚡ superantem.

Iao, Ἰαω, ☉ vernum praecipue, siue e solstitio hiberno prodeuntem, significat. Dubitatur, an hoc nomen sit Aegyptiacum, an mere Gnosticum, ex Hebraico יהוה, Iehouah, corruptum. Certe respondet Harpocrati atque Horo, quatenus hi teneri dicuntur, vt sequentes versus docent apud Macrobius (Sat. I. c. XVIII.). Dic Deorum omnium supremum esse Iao, quem hieme Or-

cum dicimus, ineunte autem vere Iouem, aestate vero Solem, ac tandem autumnio finito tenerum Iao (ἄβρον Ἰαω).

Icton, Ichton, Ἰικτων, a Iamblichio (Myst. Sect. VIII. c. 3.) inter deos Aegyptios refertur. Quum Icton diis maximis, rerum omnium auctoribus adnumeretur, qui sunt alias ☉ et ♃; quumque hoc nomen Ἰ-ΘΟ, *spiritus mundi*, conueniat multum cum Ichnuphi, Knuphi, Ἰ-ΝΟΥΓϞΙ, ΧΝΟΥΓϞΙ: Icton haud dubie idem est atque Knuphis, siue Kneph, Sol. Secundum philosophemata vero seriora ipsum Deum O. M. significare videtur.

Imuthes, Ἰμουθης, cognomen ♃. Legitur apud Stobaeum (Ecl. I. 52. p. 932.): Ἀσκληπιος ὁ Ἰμουθης. Idem vocatur (Fabric. Bib. G. I. p. 52.) ὁ Πανος, καὶ Ἡγαιστοβουλης, atque in papyro Graeca (Young Hieroglyphics Vol. II. Tab. 52. vid. infra III. §. 1.) haec habentur: Ἀσκληπιος, ὁ ἐστὶν Ἰμενθου υἱὸς Ἡγαιστον. Quo loco haud dubie legendum Ἰμουθου. Etiam aliud fragmentum Stobaei (no. 62. p. 1090 Har.) Aesculapium illum filium Hephaesti nuncupat. Loco Stobaei laudato Asclepius Imuthes medicinae auctor dicitur, qui est ♃ planeta (I. §. 52.). Tradit Eusebius (Pr. E. I. c. 10. p. 37 et 39.) haec: *Sydico, qui iustus dicitur, vna ex Titanidibus genuit Aesculapium*; et: οἱ ἑπτα Συδεκ παῖδες καβειροὶ, καὶ ὀγδοὸς ἀδελφός, Ἀσκληπιος. Quo ex loco apparet, Aesculapium etiam terram (♃) significare. Scilicet vidimus, et terram vnum ex planetis, nimirum ♃ dominum habuisse (supra v. Esmun). Et hanc ob causam varia eaque maxime diuersa adtribuuntur Aesculapio, quippe nunc ♃ planetae et domino variarum Zodiaci partium, nunc ♂ praeposito. Hinc Graeci Esmunum, Hermopoli (♃) cultum, interpretantur Aesculapium. Manetho (Apotel. V. v. 4.) eum dicit *συμβουλον πινυτης σοφιας*. Vocatur etiam deus Memphiticus, medicinae et magiae patronus (Clem. A. Strom. I. 334. Hieron. vit. Hil. IV. P. II. c. 80.). Assentit Tacitus (IV. c. 84.): *Deum ipsum, inquit, Serapim, multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus, coniectant*. Quum vero Aesculapius plerumque cum Iside (♃) coniunctus fuerit (Pausan. Cor. p. 114.), puto hunc deum ♃ vespertinum significare. Tradit enim Firmicus, ♃ vespertinum familiarem esse ♃, matutinum ☉. Hinc duplex Anubidis ♃ facies, atra et, quum praecedat ☉, aurea. Referendus igitur Aesculapius ad ♃ vespertinum, siue Anubidem facie atra. Quam ob causam vocabulum Ἰμουθης deriuandum videtur ab ΗΜΟΥΘ, domus mortis. Sin malueris Aesculapium ad terram referre, comparare licet verba ΙΜΕΟΥ, ΙΜΟΥ-ΘΟ *sapiens, multiformis, vel sapientia mundana*, quae conueniunt sapientiae ♃ Ἡγαιστοβουλης. Hinc forte Aesculapius cultus fuit in finibus semicirculi lunaris et solaris, scilicet Alexandriae et apud Memphin. Ceterum imago huius dei erat calua, vt Synesius docet (Encom. cal. p. 73.). Putat Jablonskius, in numis Memphiticis depingi Aesculapium, qua cernitur vir barbatus, cum gallo in capite, hasta manu dextra, sinistra sistro (Joh. Vaillant p. 209.).

Macedo, Μαζεδον, ♃ significat. Tradit enim Diodorus (I. p. 21. Wes.), cum Osiride (♃) expeditionem fecisse comites Anubin (♃) et Macedonem (♃) et Pana (♀), qui sunt planetae comites Solis. Anubis gestauerit pellem caninam, Macedo lupi corium, quae animalia ♃ et ♃ (nocti) sunt sacra. Quum vero ♃ duplex sit, matutinus facie aurea, vespertinus atra (vid. Anubis pag. 90.); quumque lupi in monumentis Aegyptiacis nigri pingantur: Macedo haud dubie significat ♃ vespertinum, seu ☉ subsequentem eumque nocturnum. Si nomen Macedo Aegyptiacum est,

descendit haud dubie a ΜΑ-ΚΑ†, vel ΚΕΤ *disquirere, intelligere, sapere*, quae est virtus ♀ primaria.

Mandulis, Μανδουλις, ☉ cognomen. Reperitur hoc Dei nomen in templo vrbis Tolmis (Chalapsche), in Nubia sitae, inscriptum, cum epitheto *κρυιον*. Admodum probabile est, Mandulin significare ☉, quod Niebuhr vult. Sane deriuatur a ΜΑ-ἨΤ-ογρο vel ογλο *diuinitas, vel regia potestas*. Rex coeli vero ☉ est, qui recte κατ' ἔξοχην dominus θιος, Ζευς, Deus vocatur.

Men, Μην, Lunus, ☽. Tradit Spartianus (Vit. Anton. c. 7.), Lunam mystica ratione masculam putari et fingi. Sunt autem loca, quibus ☽ Μην vocetur (V. Jablonskii Op. ed. Wat. II. p. 68.). Huc facit, quod Plutarchus (Is. p. 368.) Lunam vel Isidem masculo-feminam esse tradit. *Ideo*, inquit, *Lunam matrem mundi appellant* et *φυσιν ἀρσενιοθελων*. Item Spartianus (vit. Anton. c. 7.), *Luna*, inquit, *dea, mystice Deus dicitur*. Hinc primus Aegyptiorum rex Menes a ☽ dictus, de quo supra (pag. 83.). Itaque imago Luni, aut masculi, aut vtriusque sexus indicibus fuit insignita.

Mendes, Μενδης, ♀, nonnunquam ♀ designat. Tradit Herodotus (II. 46.), vocari et hircum, et Pana Aegyptiace Mendem. Item Suidas (s. Μενδην), *Mendem*, inquit, *Aegyptii dicunt Pana*. Assentitur Nonnus aliique (v. Bochartus Hieroz. P. I. L. I. c. 43.). Hic Mendes, seu Pan, teste Herodoto (II. 46.), *a Mendesiis inter octo deos numeratur, quos octo aiunt priores duodecim diis extitisse*. Ergo Mendes planetam significat. Quum vero veteres omnes in eo consentiant, Mendem significare generationem et coitum (Jabl. Panth. L. II. 280 ss.); clarum est, ♀ has virtutes exercente (II. §. 51.), hunc deum ♀ planetam significare. Etiam nomen Mendes ΜΑ-ἨΤΗΘ, vel ΜΕ-ἨΤΗΘ, *plantatio, vel amor generandi*, ♀ proprietates exprimit. Accedit, quod Mendes in prouincia Mendesia cultus fuit, quae respondet domui ♀ seu ♁ signo. Non opus est pluribus. Quum vero ☉ singulis in signis formam mutare atque dominorum singulorum proprietates assumere dicatur; sequitur, Mendetem etiam ☉ significare, in ♀ possessionibus versantem. Sic Eusebius (P. E. III. c. 13.) et Macrobius (Sat. I. c. 17. 19.) Soli vim generatricem adscribunt tempore verno, siue in signis ♀ subiectis constituto. Hinc recte Diodorus (L. I. p. 29. Wes.), Osiridem et Pana eundem esse testatur. *Osirim*, inquit, *modo Serapim, modo Dionysum, interdum Plutonem, interdum Ammonem, quandoque Iouem, non raro Pana esse putant*. Plutarchus (Is. p. 370.), *multis*, inquit, *in locis ostenditur simulacrum Osiridis, humana specie, erecto veretro, ad indicandam vim gignendi et alendi*. Negari vero nequit, Osiridem esse ☉ in ♀ signo ♁ versantem. Simile cadit in ☽, quae, quum noua est, eadem aliis in signis aliorum dominorum proprietates assumit. Hinc forte Stephanus tradit (v. Panopolis), Pana, cum erecto veretro aliisque insignibus, esse imaginem, vel symbolum Lunae. Ceterum, quum Panopoli, quae respondet decuriae ♀ in ☽, Pan, vel Priapus, quippe cum Mendete comparatus, cultus fuerit; Mendes haud dubie etiam ♀ certo quodam respectu significauit. Distinguendum autem videtur inter Pana et Priapum, in quo etiam veteres nonnunquam peccasse videntur. Huc facit, quod Aesculapius (♀) dicitur filius Pani (♀) et Hephaestobules (♀). Aesculapius enim medicus recte dicitur filius ♀, tum inferni, tum superni, sapientis illius et medicinae auctoris. Quod denique simulacra Mendetis attinet, traditur eum fuisse capite hircino, aliisque partibus hircinis et genitalibus insignitum. Suidas (in v. Mendes), *Mendem*, inquit, *Aegyptii dicunt Panem, vt qui vultu fingatur hircino*. Nonnus (Gregor. Naz. II. 27.): *Pan hircinum faciem habet. Et tanta religione Mendetem hunc siue Pana colunt, vt etiam a*

capris omnino abstineant, quod nempe *Deus ipsorum formam caprinam habeat*. Idem (ib. c. 28. p. 169. Eton.): *Aegyptii dicunt, Panem esse praesidem coitus; unde etiam cum cruribus hircinis fungunt. Aegyptii eum Mendetem vocant*. Huc spectat Ἀδωνιαστῆς ἱριφός apud Hesychium. In numis vero Panopolitanis hircus expressus cernitur (Vaillant Num. p. 212.).

Mneuis, Μνευς, ☉ significat, vt veteres satis luculenter tradunt. Ammianus (XXII. 245.): *Mneuis Soli sacratur*. Aelianus (XI. c. 10.): *Dicunt Aegyptii, Mneuidi esse suum proprium insigne, quo intelligatur, esse genuinus Solique carus*. Idem (XI. c. 11.): *Mneuin bouem Soli sacrum perhibent Aegyptii*. Suidas (v. Μνευς): *Mneuis Soli sacer*. Macrobius (Sat. I. c. 21.): *apud Heliopolin taurus Soli consecratus, quem Mneuin cognominant*. Plutarchus (Is. 364.): *bos vero ille, quem Heliopoli alunt, dictus Mneuis, valde niger est*. Porphyrius (Euseb. P. E. III. c. 13.): *Qui Soli apud Heliopolin sacer est taurus, Mneuis nomine, boues alios magnitudine superat, idemque magnopere niger est, eo potissimum, quod vehementior et assiduus Solis ardor nigrorem corporibus humanis adferre soleat. Praeterea praeter aliorum bouum naturam caudae totiusque corporis pilos sursumversus reiectos habet, quemadmodum Sol contrarium Polo cursum instituit. Testiculos habet praegrandes, quod rei venereae cupiditas vi caloris excitetur*. Sed iam satis. Clarum enim est his ex locis, Mneuin significare ☉, neque vero Solem planetam tantummodo, sed etiam dominum partium Zodiaci variarum. Heliopolis enim, non procul a Memphi (Ω) sita, respondet decuriae ☉ in ππ.

Moloch, Μολοχ, non ☉, vt vulgo putant, sed ♂ significat. Vidimus enim (II. §. 4. pag. 81.), hoc vocabulum significare bellum, quod ♂ est proprium, quin imo ♂ planetam ipsum apud Coptos. Quae sententia iam aliis argumentis confirmanda est. Molocho pariter atque Adrammelecho (מלכא אדרמלך 2 Reg. XVII. 31.) sacrificia cruenta fiebant, quae ♂ cruento conueniunt. Adar in Adrammelech vero, siue Ador, Αθωρ, non solum apud Semitas, sed et Aegyptios ♂ significat (I. §. 32. pag. 40). Ipsum vero vocabulum מלך R. Leni (ad Leuit. 18, 21.) deriuat a מלך bello. Accedit huc nomen *Melcarth, Μελκαρθος*, quem et *Μαλικα* vocant (Kreuzer Sym. II. p. 212.). Hic enim deus pariter atque ♂ Aegyptiorum vinctus fingebatur. Vocabulum vero *Artes* est ipsum ♂ nomen apud Aegyptios (II. §. 4. pag. 12). Ceterum eius festum, quo ignis et aquila adhibebantur (Kreuzer Sym. II. p. 273), demonstrat, hunc deum etiam ☉ in ♂ domibus, praecipue in Υ significare. Quum Moloch, siue ♂, belli deus sit, atque bellum teste Horapolline (II. §. 5.) innuat manibus altera scutum, altera arcum tenentibus; sequitur haec symbola bellica, in hieroglyphicis frequentia, Molocho propria fuisse. *Belli, inquit, aciem indicant, hominis depictae manus, haec quidem scutum (ὄπλον), illa vero arcum (τοξον) tenens*.

Nilus, Νειλος, ad ☉ referendus est. Vocatur enim Aegyptiorum Zeus. Sic Parmeno Byzantius (Athen. L. V. p. 203.) canit: Ἀγρυπτιε Ζεῦ Νειλε, atque Homerus (Od. δ' 581.): ἀγ δ' εἰς Αἴγυπτιοιο, Διῦπετος ποταμοιο. Quae ad loca notat Scholiasta: *aquae Nili analogiam habent ad imbres Iouis*. Nonnus (Greg. Naz. h. 25. p. 168.) narrat, Aegyptios Nilo cantilare hymnos eisdem, quos Ioui canere soleant; tamquam videlicet Nilus Iouis opus exequatur. Iupiter vero nunc ☉, nunc ♃ designat. Item Nilus Osiridi comparatur. Sic Heliodorus (IX. p. 423. 443. s.) tradit, *mysteriorum peritos, terram Isin, Nilum Osirin esse, affirmare*. Plutarchus (Is. 363.), sunt, inquit, qui dicant apud Aegyptios Osiride intelligi Nilum. Eusebius (P. E. III. c. 9.): Ὅσιρις ἐστὶν

ὁ Νεῖλος. Mitto alia. Osiris vero nunc ☉ nunc ♃ significat. Traditur vero etiam, Nilum summum esse Aegyptiorum deum, ex quo sequitur, Nilum esse ☉. Sic Hermes (Op. Apul. p. 91.) Nilum vocat *sanctissimum*, et Plutarchus (Sym. VIII. 729.) *Servatorem Aegypti ac Osiridis deluxum*. Pindarus (Pyth. IV. p. 239. Steph.) Aegyptum vocat templum Osiridis, qui, *Nili*, inquit *ad pingue delubrum Saturnii*. Dii Aegyptiorum maximi Nili filii dicuntur (Jabl. Panth. L. IV. p. 169). Heliodorus (IX. p. 423.), *Deum*, inquit, *esse fugunt Nilum Aegyptii, et ex Numinibus maximum ducunt*. Iam vero Aegypti Servator alias dicitur ☉ (v. Camephis, Chnuphis), atque deorum progenitor et maximus deus idem ☉ est. Ergo Nilus ad ☉ referendus. Quae sententia multis aliis argumentis confirmatur. Tradit Herodotus (II. 42.), Solem et Lunam per totam Aegyptum coli. Iam vero per totam Aegyptum reperiuntur templa et sacerdotes Nili, quippe ☉ (Herodot. II. 90.). Iuxta imagines Nili fingeantur crocodili capti. Crocodilus vero, quippe Typhoni (♃) sacer, inimicus Solis putabatur. Cognomen Nili est ἀετος (Diodor. I. p. 22. Wess.). Aquila vero ☉ symbolum. Tradit Horapollo (I. 21.), Nili inundationem exprimi leone, quod animal ☉ sacrum. Ceterum, quum festum Nili institutum fuerit tempore solstitii hiberni et aestivi (Heliodor. IX. p. 423.), quumque Nili templa fuerint in finibus semicirculi lunaris, nempe Nilopoli versus meridiem a Memphi atque in Catarrhactis supra Elephantinen (Heliodor. II. 110.); puto, Nilum sensu strictiori significare ☉ in semicirculo lunari (♌, ♍ — Ω) atque solstitio hiberno versantem. Crescit enim Nilus primum, quum ☉ relinquit ♌, atque desinit, ☉ in Ω ingrediente. Haec vero loca coelestia respondent locis, quibus Nili templa habebantur praecipua. Etiam γοορωων dicitur Nilus, quod vocabulum significat cessantem, nimirum Nili inundationem, de quo infra. Hinc tres hydriae Nili symbolum (Horus Apollo I. 21). Praeterea Nilus alio etiam sensu accipitur, quum vocatur ὠκεαιης, ἀγυπτος, pater deorum minorum. His enim enunciationibus exprimitur Zodiacus. Scilicet cognomen ὠκεαιης (Diod. I. p. 22), uti constat, significat (ΟΥ-ΚΑΜΕ) Aegyptum pariter atque ἀγυπτος. Nouimus autem, Aegyptum instar Zodiaci in 12 prouincias, 36 decurias aliasque partes diuisam fuisse. Hinc fabula de *origine Deorum apud Nilum* Aegyptiis vulgarissima. Nam 12 dii, seu 12 signorum domini, ex septem planetis progeniti, in Zodiaco ad circulum eclipticum nati sunt (II. §. 2. pag. 76). Quam ob causam Horapollo (I. 21.) recte tradit, Nilum fingi coeli specie aquam demittentis. Hinc et fabula de Minerua e capite Iouis oriunda iam facile explicatur. Scilicet Minerua armata significat ♀ femininum. Zodiacus est Iupiter, atque caput Iouis seu Zodiaci est Υ, quippe ♂ domus. Reapse Υ inter partes corporis caput habet (I. §. 49. No. 5. pag. 62.), quemadmodum sequentia signa sequentes corporis partes valent. Sic et Thebarum vrbs caput significat. Thebae, Θηβαι, Θηβη a ΤΑΠΕ caput descendit. Reapse Thebana prouincia respondet Υ, capiti Zodiaci. Huc facit Labyrinthus, ΛΑ-Π-ΟΥΡΟ-Ν-ΘΟ *Sol, rex mundi*. Labyrinthus enim imago Zodiaci cum 12 suis signis seu diis erat. Itaque Zodiacus Sol vocabatur. Ad ☉ vero et Nilus pertinet. Ergo Nilus fluuius etiam Zodiacum, veluti Nilum coelestem significat. Quod denique imagines Nili attinet, haec veteres tradunt. Philostratus (Icon. I. 737.), „cubiti, inquit, circum Nilum ludunt pueri, corporis quantitati, cognomines. His Nilus summopere oblectatur.“ Nili statuam ferrei coloris Basalta factam describit Plinius (L. XXXVI. c. 7.), circa quam sedecim liberi ludebant. Romae vero exstat in Museo Vaticano figura Nili decumbentis, cum Troglodytis, cymba vectis, crocodilis et trochilo. Teste Suida (v.

Σαρανίς) fingebatur Nilus cum calathō, seu modio, et cubito in capite. Numus Aegyptiacus (Pignorius Tab. Is. p. 82) eum repraesentat senem decubantem cum modio in capite, cumque cornu copiae et arundine.

Onuphis, Ὀνουφίς, ☉ symbolum. Hunc enim taurum Hermunthi cultum, alii Onuphin, alii Pacin vocant; quare vterque idem numen significauerit, necesse est. Macrobius (Saturn. I. 21.) diserte tradit, in oppido Hermunthi coli taurum soli consecratum, Pacin cognominatum. Idem narrat, Pacin Hermunthi in magnifico Apollinis templo consecratum Soli haberi, insignem miraculis, conuenientibus naturae Solis. *Nam, pergit, per singulas horas mutare colores affirmatur et hirsutus setis dicitur in aduersum nascentibus contra naturam omnium animalium, vnde habetur veluti imago solis in diuersam mundi partem nitentis.* Adde Aeliani locum (An. XII. c. 11.): „Colunt et nigrum taurum Aegyptii, quem Onuphin vocitant. Pili in eo contra quam aliis vertuntur. Atque hoc ei proprium est, inter boues magnitudine excellit. Pascitur autem medica herba.“ Quo ex loco apparet, Pacin et Onuphin eundem esse, vtrumque ☉ significare. Negari nequit, urbem Hermunthin, Ἀρμονῶ, Ἐρμονῆ, respondere decuriae ♃ in ♁, atque reuera, teste Strabone, Zeus (♃) ibi colebatur; qua de causa putes, Onuphin significare ♃, praesertim quum ☉ et ♃ (I. § 54. pag. 68.) multas virtutes communes habeant: at ibidem et Horus (☉), teste Strabone, colebatur. Loca vero supra allata luculenter demonstrant, Onuphin esse ☉. Etiam nomen ο - νοῦφι vel οὔ - νοῦφι, *ens bonum, beneficus*, Agathodaemon (ἰθ-νοῦφι), pro ea sententia loquitur, cum ☉ similiter Agathodaemon vocetur. Quare puto, Onuphin significare ☉ verum: Ver enim Aegyptiorum naturalis siue quadrimestris pertinet ad signa ♁ ♃ ♄ ♀, vt vidimus, quorum in primo Hermunthis sita erat. Porro tradunt, Onuphin Hermunthiacum pasci herbis medicis, quae quidem ab Aegyptiis veris tempore colligebantur. Denique et nominis resolutio huc facit. Ἀρμονῶ, Ἐρμονῆς, certe ab ωρ *Horus*, μορ *implere, saturare, calefacere, inflammare*, ἰθ-θο *mundus οἰκουμένη*, descendere videtur, quae bene conueniunt ☉ verno, seu Horo. Adde, taurum Hermunthiacum dici et Onuphin, et Pacin. Pacis vero nomen haud dubie ortum est ab π-λαχι, *παχί*, *calamus officinalis*, aut ab π-λαω, *medicus, magnus*. Quae deriuatio quadrat ad id, quod hic taurus herbis medicis pasci dicitur.

Osiris, Ὀσίρις, tum ☉, tum ♃ planetam significat. Osiridem quidem ☉ denotare, de eo ne verbum. In vulgus enim hoc constat, neque ab vllō mythologo in dubium vocatum est, aut vocari poterit. Sexcentis enim in locis clare et diserte veteres testantur, Osiridem Aegyptiis ☉ fuisse planetam. Videamus itaque de Osiride ♃ planeta. Manetho in catalogo numinum maximorum, siue Cabirorum, vel septem planetarum, recenset tum Solem, tum Osiridem. Ergo Osiris diuersus a Sole. Tradit Herodotus, antiquitus ex octo maioribus diis, quippe planetis, prodiisse duodecim secundi ordinis numina. Qua fabula docetur, quomodo domini 12 signorum coelestium, vel ipsa Zodiaci signa, orta fuerint. Vidimus autem, 12 signa ita inter planetas diuisa fuisse, vt ☉ et ♃ vnum quisque signum, ♃ ♃ ♂ ♀ et ♄ bina sortirentur. Itaque ad signa Zodiaci distinguenda opus erat quinque nouis diis. Iam huc spectat fabula de quinque nouis diis ex Osiride et Iside (☉ et ♃) natis. Tradit Diodorus (I. p. 17. Wes.), ex Saturno et Rhea (coelo seu sphaera stellis superiori) natos esse *Osiridem et Isidem, vt vero plurimi asserunt, Iouem (☉) et Iunonem (♃)*. *Ex his quinque deos natos. Nomina illorum Osiris (♃), Isis (♀), Typhon (♁), Apollo (♄)*

et Venus (♃). Quam rem paullo aliter narrat Plutarchus (Is. p. 355.), qui numina illa vocat *Osiridem* (♃), *Aruerin* siue *Apollinem* siue *Horum seniore* (♃), *Typhonem* (♁) *Isidem* (♀) et *Nephthyn* (♃). Clarum est Venerem et Nephthyn eandem personam significare. Cogitandum enim de Venere Vrania. Vrania vero Aegyptiace dicitur ΝΑ-†-ΦΕ, *ad coelum pertinens*, vnde per metathesin ΝΑ-Φ† siue Naphthis, Nephthis, hoc est Vrania. De Horo et Apolline, siue Arueri, ♃ nominibus, supra dictum. Isis vero et hic, et aliis in locis (v. infra) ♃ significat pariter atque ♀. Typhon vero ♂ respondet, Osiris et ☉ et ♃. Itaque hoc ex loco denuo apparet, Osiridem ♃ tum planetam, tum dominum signorum ♃ et ♃, quae ♃ sunt domicilia, significare. Neque hoc mirum. Docent enim astrologi, ☉ inter planetas omnium maxime ♃ esse natura similem ac consubstantialem (I. §. 54. pag. 68.) Etiam Osiridem ♃ planetam et ♃ domos significare, docet prouincia Busiris. Scilicet Inscriptio Rossettana (Lin. 22.) commemorat urbem Lycopolin, in Prouincia Busiritica (την ἐν τῷ Βουσιριτῆ) sitam, quam Champollion silentio praeteriit in geographia sua Aegyptiaca (L'Égypte sous les Pharaons). Commemoratur autem a Stephano (v. Λυκωπολ.) Lycopolis illa, quam in nomo Sebennyto haud procul a mari ponit, atque a Strabone (17. p. 813. 802.), qui eam haud procul ab ostio Sebennytico collocat. Qua in regione erat Hermopolis, quae, quum Mercurio (♃) inferno lupus sacer esset, recte Lycopolis dici poterat. His itaque in regionibus prouincia Osiridis (π-ΟΥΡΙΤΙC) erat. Iam vero ibidem domus ♃ seu ♃ signum terrestre locum habuit. Ergo Pusiris siue Osiris designat ♃ planetam, hinc dominum signi ♃. Vtique in signo ♃ est ♃ decuria, quae itaque respondet vrbi Lycopoli. Quam sententiam confirmat Plutarchus, (De Is. et Os.) dicens, in prouincia Pusiris natum esse Osiridem. Traditur enim, Osirin, cum Iside, Mercurio, Venere, Marte et Saturno, natum esse ex Sole et Luna, atque vidimus, hac fabula doceri, quomodo ex maioribus diis, 12 minores, seu signa caelestia orta fuerint. Itaque sane prouincia Pusiris patria Osiridis dici poterat. Idem docet Stephani (v. ΒουσιριC) fabula, qua Busiris (♃) ab Osiride (☉) huius prouinciae praefectus est factus. Iam vero e superioribus sequitur, Osiridem non solum ☉ et ♃ significare, sed etiam ☉ in certis Zodiaci regionibus seu partibus. Quaeritur quibusnam. Multae enim sunt Zodiaci partes, in quibus, quum ☉ versatur, Osiris dici potuerit, nimirum Hemisphaeria, lunare, solare, superius, inferius; Trientes veris (♃ ♃ ♃), aestatis, hiemis; Quadrantes veris (♃ ♃ ♃), aestatis (♃ ♃ ♃), autumnus (♃ ♃ ♃), hiemis (♃ ♃ ♃); denique duodecim signa. Profecto difficillimum est, hac de re certi aliquid tradere. Persuasum mihi enim habeo, Graecos vel ipsos multas mythologiae partes penitus non perspexisse, aut, quum intelligerent, vt Herodotus, tradere noluisse, imo caute celasse. Dicamus, quae veteres saltem innuere videntur. Narrant Herodotus (II. 40.), Plutarchus (Is. Os.), Stephanus (ΒουσιριC) alique, in Busiris prouincia agi festum funebre Osiridis, eumque hac in prouincia periisse. Finis vero Quadrantis autumnus est ♃. Ergo Osiris ex hac sententia est ☉ in ♃ ♃ et ♃ signis versatus. Et hanc ob causam veteres Osiridem plerumque interpretantur Bacchum, Dionysum, Liberum (Herod. II. 42. 144. Diodor. I. 11. Euseb. P. E. III. c. 15.). Bacchus vero est ☉ autumnalis, quum Aegyptios docuisse dicitur vinum, poma aliosque fructus conseruare (Diodor. III. p. 242. Wes.). Haec omnia enim maturescunt autumnus. Addit Diodorus, paullo post (autumnus) Titanes (♃, vel ♃ ♃) patri (☉) bellum mouisse eosque mox et patrem, et Dionysum ex hominum societate eripuisse. Quae fabula spectat ad ☉ hiber-

num, autumnalem sequentem, a Typhone suppressum. Eandem sententiam tradit Plutarchus (Is. 366.) dicens, Osiridem mori, quum Nilus recedit atque solum denuo semina admittit. Accidit autem hoc sub finem autumnii. Ergo Osiris est ☉ autumnalis. Hic est Osiris, cui aratio (autumnalis) adscribitur, hic Liber a Titanibus discerptus (Macrob. Somn. Sc. I. c. 12.), hic Osiris a Typhone dilaniatus (Seru. Virg. Geor. I. 166.), hic Bacchus Aegyptius apud Plutarchum (Is. 365.), quum dicit, „Apopin (♄), Solis fratrem, bellum mouisse aduersum Iouem (♃), Osiridem vero (♄) a Ioue, cui in hoste debellando auxilium tulisset, ab hoc filii loco adoptatum Bacchumque fuisse appellatum“. Ceterum nonnulla veterum effata talia existunt, vt putes, Osiridem etiam ☉ aliis in partibus Zodiaci constitutum significasse. Hinc saltem explicatur, cur Osiris variis in locis sepultus esse dicatur, quippe iis, quo ☉ quoddam dominium finiretur, vt in finibus Aegypti, Bursi, Thebis, Abydi, Memphi, aliisque. Sic Osiris Memphi (♁) sepultus significat Nilum denuo decrescentem. Quare Plutarchus (Is. 366. 501.) tradit, inclusionem Osiridis in arca sepulcrali significare recessum aquarum (Nili). Itaque eiusmodi in locis Osiris est potius ☉ in vniuersum semestris, trimestris ac menstruus. Quod imagines Osiridis attinet, Plutarchus tradit (Is. 371.), eum specie humana, erecto veretro, ad indicandam vim gignendi et alendi repraesentatum esse. Clarum est, hoc loco describi Solem certis quibusdam in partibus Zodiaci versantem, nimirum vernis.

Paamytes, Πααμυλης, haud dubie ☉ in ♀ dominiis versantem, scilicet vernum, significat. Hesychius (v. *Πααμυλης*) tradit, hoc numen esse phallicum (*πριαπωδης*), quo loco cum *Sochari* comparatur. Teste Plutarcho (Is. 355.), Paamytes, sacerdos Iouis Thebani, Osiridem recens natum educauit eique Paamytia, seu festa phallophoriis non dissimilia, instituit. Eadem festa describit (Is. 365.) sic: „Porro Paamyliorum festum agentes“, inquit, „adhibito simulacro membri virilis celebratur, imaginem proponunt ac circumferunt, cuius triplex est penis“. Eadem festa haud dubie describit Herodotus (II. 48.) in honorem Osiridis instituta. Quum his in fabulis agatur de Osiride recens nato et quidem apud Thebas (♃), quumque Paamytes pariter atque Socharis numen phallicum fuerit; clarum est, significari ☉ ad ♃ ♄ ♀, seu veris signa, redeuntem. Sunt enim tria illa veris signa, quibus praeest ♄ generator (I. §. 8. pag. 15.), quaeque triplici phallo exprimi videntur. Quam sententiam nominis etymologia confirmat. Paamytes enim haud dubie descendit a ΠΑ-ΑΜΟΥ-ΛΗ (PH), *attinens aduentum solis* (ad Zodiaci, seu veris initium), *aduentoria Solis*. Sin Iouis templum supra commemoratum vrgeas, atque Memnonia Thebarum, quae ♃ domui ♃ respondent, intelligas; Paamytes significat aduentum Solis ad Tetrantem vernum (♃ ♃ ♄ ♀), quod propter triplicem phallum commemoratum minus placet.

Pacis, vel Bacis, taurus Hermopolitanus, ☉ significat, quum non differat ab Onuphi, tauro Hermopolitano; de quo supra satis dictum.

Palmytes, Παλμυτης, nonnisi ab Hesychio commemoratur his verbis: *Παλμυτης, Αιγυπτιος θεος*. Admodum probabile est, corruptum esse ΠΑΛΜΥΤΗΣ ex ΠΑΛΜΥΛΗΣ, de quo supra.

Pytnyphis, Πυττυφης, siue Pytnyphis, Pytnybis, *Πυττυφης, Πυττυβις* nomina ♀ inscripta extant in stele insulae Bacchi atque in propylaeo vrbis Nubiae Pselsis (Letronne Rech. p. 371. 476.). Quum inscriptio superior his verbis incipiat: *Θεω μεγιστω Έρμη Πυττυβιδι, Αιγυπτου συνοριην και Αιθιοπων μειχροντι, Deo maximo Mercurio, fines Aegypti et Aethiopiae continenti*: clarum est, *Πυττυβι* significare ♄ planetam. Deus enim vocatur maximus, atque ♄ est terminorum deus,

maxime in Zodiaco atque Aegypto, veluti Zodiaco terrestri (v. supra Anubis). Est autem hoc vocabulum distinctiuum, seu cognomen ☿, atque descendere videtur a ΠΑ-ΟΥΤΕ-ΝΟΥΒΕ, *alliens discernere bonum*, siue *terminalis*.

Perseus, Περσεύς, ♂ designare videtur. Herodotus enim tradit (II. 91.), in honorem Persei solius certamina publica haberi in vrbe Chemmi. Armorum vero deus ♂, atque in prouincia, quae Chemin continet, nimirum ♃, ♂ Trigono praeest. Narratur etiam Perseus, saepius hac in vrbe apparere atque calceum duarum vlnarum relinquere, quod quadrat in ♂ post binos annos eundem ad locum redeuntem. Etiam Graeci Perseo suo, quem ab Aegyptiaco non differre dicit Herodotus, omnis generis bellica et cruenta adscribunt. Is enim impedire studet expeditionem Bacchi (☉), quod non cadit nisi in inimicos ☉; interficit etiam Dionysum, educatur in templo Mineruae (♁), conducit Cyclopas et Amazonas ad bellum, interficit Medusam. Quae omnia non nisi ♂ conueniunt. Praeterea, teste Aeliano (a. III. 28), Perseo piscis perseus sacer erat, qui quidem est rapax, fortissimus, rutilus colore, in quo superat omnes reliquos pisces, et dentibus permagnis, ceterum lupo similis. Habes omnes ♂ virtutes (I. §. 49. pag. 61). Denique Perseo sacra erat cicada (Ael. XIII. 26.), quam astrologi diserte ♂ adscribunt (v. supra pag. 62. n. 5).

Petempamentes, Πετεμπαμεντης, ☉ significat eumque infernum. Inscriptio in Bacchi insula haud procul ab Aegypti finibus (Letronne Rech. p. 345.) haec habet: Πετεμπαμεντι τῷ καὶ Διονυσῷ. Bacchus vero est ☉, praesertim autumnalis (♌ III ♁), quo ♌ signo semicirculus inferior incipit (v. supra Osiris). Reapse docet oraculum Apollinis (Macrob. Satur. I. 18.), Solem dici hieme Orcum (ἄιδην), vere Iouem, aestate Solem, autumno finito tenerum Iao. Quae iam egregie confirmat huius nominis interpretatio. Nam Petempamentes ΠΕΤ-ΕΜ-Π-ΑΜΕΝ†, *qui est in Inferno*, significat ☉ Infernum, Orcum, ἄιδην.

Petensenes, Πετενηνης, ☿ cognomen. Vocatur enim deus magnus Hermes, cui (Πετενηνητι τῷ καὶ Ἑρμει) stele in insula Bacchi dedicata fuit (Letronne Rech. p. 345.). Comparare licet Πετενηνης cum Copticis vocabulis ΠΕΤ-ΕΝ-CHINI, vel ΩΗΝΕ, ΩΙΝΙ, *qui est ad medicinam, medicus*, vel *qui est ad nunciationem, visitationem*. Planeta ☿ vero et medicus, vel medicinae patronus, et deorum nuncius habebatur (I. §. 52. p. 65); quare Hermes, Petensenes cognominatus, facile ab aliis Mercuriis discerni poterat.

Petensetes, Πετενητης, ♄ cognomen. Stele enim in insula Bacchi reperta (Letronne Rech. p. 345.) haec habet: Πετενητητι τῷ καὶ Κρονῷ. Saturnus siue Typhon ipse vocatur Seth, vt infra videbitur; vnde et praefectura Sethroica, Sethron, appellata fuit. Huc facit nominis etymologia. Πετενητης, enim descendere videtur a ΠΕΤ-ΕΝ-CHTE, *qui est ad molestiam*. Vocabula CΔΤ, onus imponere, atque ΤΕΧΗΕ a المبروم برم molestia (MS. Copticum Bibl. Reg. Par. No. 50. p. 18.) huc spectare videntur. Constat autem, omnis molestiae et mali auctorem ♄ haberi (I. §. 47. pag. 58.).

Phruron, Φρορυρον, Nili (☉) cognomen. In catalogo regum Aegyptiorum apud Eratosthenem (Syncell. rex 37) haec leguntur: Θηβαίων βασιλευσε Φρορυρων, ἦτοι Νειλος. Quod vocabulum Jablonskius deriuat a π-ρρογρ *cessans*, collato χρογρ *rana*.

Phtha, Phthas, Φθα, Φθας, Ἀφθας, ♂ et ☉ significant, hinc ☉ in ♂ domiciliis. Primo enim Manetho inter maximos deos, scilicet 7 planetas seu Cabiros, praeter Solem numerat Vul-

canum, Ἡφαιστον. Vulcanum vero veteres plerumque Φθας interpretantur. Suidas, Φθας, inquit, ὁ Ἡφαιστος παρὰ Μιμψιταίς. Iamblichius (myst. VIII. c. 8.): *Aegyptiorum Phtha Graeci vocant Vulcanum*. Apud Eratosthenem Χομοεφθας, Χωμυιφθας (ΚΑΙ-ΜΑΙ-Φ†) explicatur *nundum amans Vulcanus*; Σιφωας, Σεφθας (ΩΕ-Φ†) vero *vīos Ἡφαιστον*. Anctor Clementinorum (Hom. IX. §. 6. p. 681.): *Aegyptii*, inquit, *similiter ignem lingua sua Phthas appellant, quod idem est ac Vulcanus* (Ἡφαιστος.) Planetae vero ♂ ignis conuenit, quare *πυροίς* vocatur atque colore *rutilus, βαφης πυρινης, φλογινης, κιρρός* esse dicitur (I. §. 4. p. 12.). Accedit Diodorus (I. 11.) dicens. *Ignem ab Aegyptiis dici Vulcanum per interpretationem et ipsum magni Dei (non maximi dei, qui ☉ est) loco venerandum*. Idem (pag. 13.), *sunt*, inquit, *inter Sacerdotes, qui Vulcanum primum regem dicitant, ignis inuentorem et beneficio hoc gubernacula regni consecutum*. Narrat Diodorus (I. p. 49.), cum Sesostri nasceretur, patri eius Vulcanum (♂) in somno visum praedixisse, puerum iam natum totius orbis dominium sibi vindicaturum. Solius vero Martis est, quo Sesostri excellit, bellum (I. §. 49. pag. 61). Plato in Critia (p. 109—112. P. III. Vol. II. p. 150—156. Bek.) diserte tradit, Vulcanum (Φθα) et Minernam (Νηιδ) eiusdem naturae esse (Ἡφαιστος δε κοινην και Ἀθηνα φυσιν εχοντες). Vtraque persona patrem habet Iouem (☉), quemadmodum Sol apud Aegyptios planetarum pater est. Minerua (♀ fem.) ipsa Vulcani (♂ mas.) soror est (ἄμια μιν ἀδελφην εκ τ' αὐτου πατρος). Vtrumque numen artes et artificia fouet (ἄμια δε φιλοσοφια φιλοτεχνια τε επι τα αὐτα ελθοντες), quemadmodum ♂ planeta apud Aegyptios (I. §. 49. p. 61). Non solum Athenis in templis Vulcani et Minernae coniunctis debebant bellatores, sed ipsi etiam in Aegypto in domo ♂, siue Neithae (♂), quae est Minerua, nimirum Sai antiquitus stationarii erant. Soli vero ♂ bellum, milites, arma, et omnis generis bellica sacra ac propria erant (I. §. 49. p. 61). Adde, etiam decuriam ♂ dici Phtha, siue Pti, Φ†. Sic decanus ♂ in ☿ appellatur *Pti-biu*, collato *Ere-biu* synonymo, quod significat proteruum (I. §. 17. p. 24. no. 36.). Ex his itaque locis, quae facillime sexcentis aliis augeri potuissent, satis clarum ac perspicuum est, Aegyptiorum Phtha, siue Hephaestum, Vulcanum, ♂ planetam significare. Et hoc nomen Φθα, vt rectius pro Φθας a veteribus scribitur, nisi egregie fallor, reapse exprimit. Nam Φθα Aegyptiace scribitur φ-† hoc est *pugna, pugnatio, pugnator, bellator*; vnde forte Athenarum nomen. Nam Α-†-ΕΝ (Atien) significat *bellatorem et bellum*, vel, collato αἶα, terram Martis (♀) bellatoris. Iam vero Phtha non solum ♂, sed etiam ☉ significat. Neque hoc mirum. Vtrumque enim planetam astrologi natura similem dixerunt antiquitus (I. §. 54. p. 68). Quare et Firmicus, vt ibidem demonstrauimus, et ♂ et ☉ artificia igne vtentia, vt opus aeraminis, minerarum auri, opus coquae, adscripsit. Diserte Inscriptio Rosettana distinguit Φθα (♂) ab Ἡφαιστω, licet vterque Vulcanus reddatur. Hermapion apud Ammianum (Hist. L. XVII.) in translationē Obelisci Ramessis Vulcanum, Hephaestum, dicit patrem deorum. Deorum vero pater ☉ est, vt vidimus (s. Osiris). Item Callisthenes (Fabric. Bibl. Gr. Vol. XIV. 149) Vulcanum (☉) appellat *προπατορα των θεων*. Porro tradit Cicero (Nat. Deor. c. 22.), *secundum Vulcanum in Nilo natum, esse Phtha, vt Aegyptii appellarent, quem custodem Aegypti esse volunt*. Custos Aegypti vero alias dicitur Camephis, qui, vt vidimus, ☉ est. Porro Nilus est Zodiacus; quare Vulcanus, in Nilo natus, est signum Zodiaci. Qui quidem Vulcanus dicitur secundus, quoniam ☉ planeta, a quo accepit nomen, maior et prior secundo putabatur, ad secundum deorum ordi-

nem, quippe 12 numina maiora referendo. Ceterum Phtha non solum ☉ et ♂ planetas significare, sed etiam ☉ et ♂ domus aliasque coeli partes, per se intelligitur atque e superioribus sequitur. Quod enim Cicero Vulcanum secundum commemorat, in Nilo natum, significat signum Zodiaci. Constat porro, Memphi Vulcanum fuisse cultum. Sic Suidas, *Φθας*, inquit, *Ἡγαιστος παρα Μιμηταις*. Memphis vero, prouincia ☉, ♁ respondet. Ergo Phtha etiam ☉, dominum domus, nimirum ♁ signum exprimit. Sic et Coptos, quae vrbs Coptice vocatur ΚΕΨΤ, ΚΕΠΤΩ, ΚΕΒΤΩ, quum descendat a ΧΩ-ϕ†, vel ΚΑΙ-ϕ†, significat prouinciam, seu nomum Phtha, hoc est ☉. Reapse ☉ prouincia, seu decuria est, vbi Coptos sita. Nam Coptos octaua est vrbs capitalis a finibus Nubiae atque prima capitalis a Thebis, praecedens versus septentrionem vrbus Tentyrae et Ptolemaidis Hermii. Sic et decuria ☉ est octaua ab initio ♁, qui est initium Aegypti, secunda in ♀, prima a decuria ♂ in ♀, antecedens decuriam ♀ et ♂, quae respondent Tentyrae et Ptolemaidis Hermii (vid. sup. p. 23.). Et hanc ob causam Coptitae, ☉ adscripti, prosequerantur odio asinum et crocodilum, Ombi in ♂ vrbe cultos, quippe ♂ sacros, ☉ vero aduersarios. Itaque negari nequit, vocabulo Phtha ☉ et ♂ exprimi, quum sunt domini signorum aliarumque partium Zodiaci. Denique et hoc certum, Phtha significare ☉ in ☉ et ♂ possessionibus versantem. Narrat Eusebius (III. c. 11. p. 115.), mundi opificem ouum ex ore edidisse, ex quo initio mundi Phtha, Graecorum Vulcanus, progenitus esset, eique numini ouem sacram. Iam vero ♀ primum est signum, ☉ pater deorum, aries ♂, domino ♀ sacer; ergo Phtha significat ☉ in ♀, vel hemisphaerio superiori constitutum. Sane, cum Phtha ignea natura crederetur atque ☉ maxime calefaciat in hemisphaerio superiori (♀ — ♁); recte ☉, in ☉ vel ♂ hemisphaerio versans, Phtha vocari poterat. Hanc etiam ob causam Manetho Vulcanum, seu Phtha, primo deorum loco posuisse videtur. Item Diodorus (p. 13.) et Clementina (Hom. IX. §. 6.). Huc facit, quod secundum Apollinem Clarium (Macrob. Sat. I. c. 18.) ☉ vocatur Sol (*Ἡλιος*) aestate (♄ ♁ ♀); ac si dicas, ☉ vocari Phtha in signis deo Phtha propriis. His enim in signis ☉ suam naturam, nimirum calorem exserit, quae est dei Phtha natura, scilicet ignea. Sic et Jamblichius (Myst. S. VIII. c. 3.) dicit, Ammonis, Osiridis et Phthas diuersa nomina eiusdem numinis fuisse. Quemadmodum vero Ammon et Osiris, ita et Phthas ☉ designat certis et peculiaribus Zodiaci in locis constitutum. Quod denique imagines Phtha attinet, tradit Macrobius (Sat. I. 18.), Phtha, seu ☉ in solstitio aestiuo, *effingi aetate plenissima, effigie barbata*. Porro Horapollo (I. 12.) testatur, Vulcanum (☉) esse masculo-femininum (*ἀρρενοθηλον*), pariter atque Neitham (♂ fem.). Quum Vulcano et Mineruae vultur (*γρψ*) sacer fuerit (Horap. I. 12.), probabile est, Phtha etiam capite vulturis exprimi. Sic et Leo erat tum Phtha, tum Soli sacer (Aelian XII. 7.); quare non dubito, quin Phtha, quum ☉ designat, capite leonis effectus fuerit. Ceterum *Ἀφθας* non differt a *Φθας*, vt Suidas disertis verbis tradit (*το α ἐπιτατικον, ὡς ἀσταχς*).

Python, *Πυθων*, ♂ significat. Per metathesin enim literarum P et T in Typhon ortum videtur hoc nomen. Hinc Pythoni eadem adscribuntur, quae Typhoni (Hygin. praef. p. 11. fab. 140. al.), vt natura serpentina, mala quaeque et nex ab Apolline (☉) ei allata. Vide Typhon infra.

Serapis, *Sarapis*, *Σεραπεις*, *Σαραπεις*, ad ☉ spectant, praesertim hibernum. Inscriptio Graeca Canopi reperta (Letronne Rech. p. 473.) haec habet: *Δι Ἡλιω μεγαλω Σαραπιδι, τω ἐν Κανωβω*. Aliae inscriptiones non paucae his consentiunt, vt Philensis (ib. 465.), vbi habes *Ἡλιον Σαραπιν*.

Eustathius (ad Dion. v. 255.) Serapim vocat Iouem (☉) Sinopiten. Item Suidas (v. Σαραπις) tradit, Sarapim alios interpretari Iouem alios Nilum. Vterque vero, vt vidimus, ☉ designat. Iam vero Serapis appellatur Hades (Ἅιδης), Infernus (Jul. Imper. Orat. IV. p. 136.), ex quo sequitur, hunc Deum etiam significare ☉ infernum. *Quem nos, inquit, nomine Serapim vocamus, et qui est Ἅιδης, sub adspectum minime cadens, ad quem Pluto animas euehit.* Hemisphaerium enim infernum signa ♁ ♀ vsque ad ♃ complectitur. Alias Infernum signa hiberna ♄ ♀ ♃, strictius ♄ ♀, vel solstitium hibernum, dici videntur. Reapse Oraculum Apollinis (Macr. S. I. 18.) docet, Solem hieme Orcum (Ἄιδην) appellari. Similiter Serapis vocatur ἰσοπατος (Fabric. B. G. Vol. XIV. p. 149.). Dicit auctor quidam, consulendum esse (Serapim) invisibilem in Sinopio, scilicet ☉ infernum. Cum itaque Serapis Infernum significet, facile explicatur, cur Apis mortuus ad Serapim translatus ibique sepultus fuerit (Pausan. Att. I. c. XVIII. p. 42.). His accedunt alia loca Plutarchi (Is. 362.), vbi Serapis non differre dicitur a Plutone, et Taciti aliorumque (Jablonskii Panth. L. II. p. 236. ss.). Luculentissima sunt apud Macrobius (Sat. I. c. 19.). „Hoc,“ inquit, „argumentum Aegyptii lucidius absoluunt, ipsius ☉ simulacra pinnata fingentes, quibus color apud illos non vnus est. Alterum enim caerulea specie, alterum clara fingunt. Ex his clarum superum, et caeruleum inferum vocant. Inferi autem nomen Soli datur, cum in inferiori hemisphaerio, i. e. hiemalibus signis, cursum suum peragit; superi, cum partem ambit Zodiaci aestiuam“. Et hanc ob causam Serapis colore nigro pingebatur (Clem. Al. Protrep. p. 42.). Sic et Nilus, quem multi Serapidem compellant (Jablonskii Panth. L. IV. p. 234.), colore nigro pingebatur (Arcad. c. 21. §. 6.). Ceterum mihi persuasum habeo, Serapim etiam ♃, saltem ♃ dominia, praesertim ♄ significasse. Constat enim ☉, quum cognomina certa assumit, nominari ab iis planetis, in quorum domiciliis versetur. En argumenta. Serapis aperte cum ♃ comparatur apud Macrobius (Sat. I. 7.). *Duobus, inquit, aduenis (Serapidi et Saturno) solis hostiae ex more mactandae.* Ergo vterque ratione Typhonis (♃), scilicet victimis cruentis colebatur. Porro Serapis, vt vidimus, est ☉ in hemisphaerio hiberno, cuius praeses pariter atque frigoris est ♃ (I. 47. p. 58.). Iuxta Serapis imaginem erat Cerberus canis et draco (Plut. p. 362.). Quatenus canis, ☿ sacer, aderat, Serapis ☉ cum ☿ planeta comite significabat; draco vero ♃ symbolum (v. infra). Itaque in Serapide duae ☉ et ♃ naturae coniunctae cernuntur. Item color niger seu purpureus, i. e. obscurus vt nox, quo Serapis pingebatur, ♃ est proprius. Testatur Apion apud Plinium (L. XXXVII. c. 5. Tom. II. p. 776.) in Labyrintho fuisse colosseum (♃) Serapim. Labyrinthus vero, Zodiaci imago, 12 deos continebat. Ibidem erat Nemeseum, seu domus ♃. Ergo Serapeum alterum ♃ signum, forte ♄ significabat. Denique antiquissimum et famosissimum Serapidis templum habebatur Racoti seu Alexandriae (Tacitus Hist. IV. 84. Pausan. Ep. Att. p. 42.), quae regio et vrbs capitalis est ♃ domicilium, nimirum ♄ signum terrestre (Tab. II. No. 3. fin.). Etiam Sarapidi adscribitur incrementum Nili, quod accidit, ☉ in ♃ domus (♄ et ♄) ingrediente. Quod denique imagines et insignia Serapidis attinet, haec veteres tradunt. Macrobius (Sat. I. c. 18.) refert, ☉ in solstitio hiberno, vel ☉ hibernum pingi *forma senescenti*. Plutarchus (Is. p. 362.) narrat, *Manethonem, a cerbero et dracone coniecturis ductis, collegisse, Plutonis esse, simulacrum Serapidis*. Idem narrat (p. 361.), Serapidem pingi in lectisternio cubantem, cum calatho in capite. Eandem imaginem exhibent numi Sinopitarum (Vaillant. Numis. I. 161. II. 42. 149.). Macrobius

(Sat. I. c. 19.) simulacrum ☉ caerulea specie dicit significare ☉ infernum. Porphyrius (Euseb. P. E. III. 9. p. 113.), *cum Plutone*, inquit, *Serapim coniungunt ac luminis eius sub terram descendens symbolum faciunt togam purpuream*. Clemens Al. (Protr. p. 32.) ait, *simulacra Serapidis conspicua esse colore caeruleo et nigricante*. Suidas (v. Σαραπισ) ait, eum in capite modium gestare, vel calathum, et cubitum, siue mensuram Nili adscendentis. Item Rufinus (His. Ec. II. 23.). Huc pertinet huius nominis explicatio. Sarapis enim constare videtur ex ΣΗΡ-ΗΠΙ, *exploratorium mensurae* (Nili), siue instrumentum ad Nili incrementa mensuranda. Sic et Sinope, vnde Serapis deus Sinapiticus vocabatur, significare videtur (ΣΙΝΗΠΙ) *capere mensuram, mensurare, mensuratorem, Nilometrium*.

Seth, Σηθ, ♄ et ♂ cognomen. Plutarchus (Is. 367.) ait, Aegyptios Typhonem Seth nominare, quo significetur is, qui alium dominio premit vique subigit. Idem (pag. 371.), *et ipsum nomen Seth*, inquit, *quo Typhonem compellant, rem hanc arguit. Notat enim id, quod vi rem subigit illique dominatur* (κατα δυναστέον και καταβιβάζομενον). *Saepe etiam conuersionem significat et nonnunquam transilire eadem voce indicatur*. Sane CHT prosternere, subigere, infernum significat. Inter planetas vero ♄ et ♂ maxime tyranni, omniumque malorum auctores habebantur (I. §. 49. p. 59. 62.), atque Typhon, cuius cognomen est Seth, ♄ et ♂ planetas significat. Aliter Epiphanius (adu. Haer. III. p. 1093.). *Alicubi*, inquit, *sub nomine Seth, id est Typhonis, sacra ritibus consuetis faciunt*. Ceterum Seth (CHX) pullum asini significat. Asinus vero ♄ symbolum (v. infra). Imaginem quandam Sethi exhibet papyrus Graeca Lugduni Batauorum conseruata atque a Reuuenio V. C. descripta (Lettres à M. Letronne Lugd. 1830. p. 157.). Cernitur ibi dei imago procedentis, vtraque manu hastam (lance) tenentis, cui caput asininum. In pectore nomen Seth est inscriptum. Hastae vero ♂, asinus ♄ significant.

Smy, Σμυ, ♄ cognomen. Plutarchus (Is. 367.): *Typhon autem Seth*, inquit, *appellatur et Bebon, sicuti dictum est, ac insuper Smy. Quibus verbis indicatur violenta quaedam inhibitio* (Seth), *contrarietas* (Bebon) *aut inuersio* (Smy). Typhon quidem ♄ significat, qui, quum omnis mali auctor putaretur et destructor omnium ac Diabolus (I. §. 47. p. 59.), sane Smy inuersio, vel inuersor appellari poterat. Sic et Coptice turbatio, inuersio $\omega\tau\omicron\rho\tau\epsilon\rho$, $\sigma\epsilon\epsilon\rho\tau\epsilon\rho$, a radice $\omega\omicron\gamma$ valde et $\tau\epsilon\rho$ *secare* dicuntur, vnde Graecorum *ταρμσσειν* et Tartarus. Radix nominis *Smy* esse videtur $\omega\alpha\mu$, $\omega\mu\alpha$, $\omega\mu\omicron\gamma$, *imminuere, conterere, contritio, contortor*.

Socharis, Σοχαρις, haud dubie ♀ significat. Hesychius (v. Πααμυλης) haec refert: *ὡς σφοδρως Ἀιγυπτῶδης Σοχαρις Πααμυλης*. De Paamyli vero idem ibidem tradit, sic dici numen aliquod Aegyptiorum Priapeum. Generatio vero ♀ planetae tribuebatur (I. §. 51. p. 64.). Quum Hesychius Socharin comparauerit Paamyli, qui, vt vidimus, est ☉ vernus, siue ☉ per Υ ♀ et Π permeans; sequitur eundem esse Socharin. Sane deriuatur Socharis a $\sigma\omicron$, $\sigma\omega$, *plantare, generare*, et $\rho\alpha\rho$, $\rho\alpha\rho$, *Horus, Sol nouus seu vernus*. Reapse Horus, scilicet ♀ planeta, signis vernis praeest. Etiam ♂ procreator appellatur apud Cedrenum. *Stella*, inquit, *Martis ab Aegyptiis vocatur Ertosi vel Hertosi* (Ἐρτωσι i. e. $\epsilon\rho$ - $\tau\omega\sigma\iota$, vel $\rho\epsilon\rho$ - $\tau\omega\sigma\iota$ *plantare, vel Horus plantator*). *Significat autem hoc omnis generis procreationem et viuificationem omnisque substantiae et materiae naturam et vim ordinantem atque procreantem*. Haud dubie cogitandum est de ♂ domino Υ, quod signum pertinet ad vernum quadrantem, ♀ subiectum, aut de ☉ in Υ constituto.

Tchonemyrus, *Τχονιμυρος*, cognomen ☉, vel ♃ esse videtur. Hoc nomen reperitur in templo oppidi cuiusdam in Oasi magna siti inscriptum (Letronne Rech. p. 236.). Legitur: Ἀμηνῆβι θεῷ μεγίστῳ Τχονιμυρῷ καὶ τοῖς συνναοῖς θεοῖς. Vocabula *Deus maximus* docent, Deum Ἀμηνῆβιν referendum esse ad ☉ aut ♃. Sane Amen-ebis continet in se nomen Amunis, qui est nunc ☉, nunc ♃. Altera vero nominis pars est βι, siue φι, quum Amenophis et Amenebis non differant, vti Chnuphis et Chnubis; quae syllaba ♂ significat. Sic scribitur Ameno-phs et Ameno-phthis, atque Memphis (ΜΑ-Μ-φι) significat regionem Vulcani (φ†) seu Martis. Itaque Amenebis, vel Amenephis constat nomine Ammonis et Vulcani, seu Phtha Martis. Quare puto, vtrumque nomen coniunctum esse in *Τχονιμυρῷ*. Vtique *ρω* est Copticum ογρω rex, quo nomine ☉ frequentissime appellatur. *Τχο* vero a τωκ *fortis*, vel τακω *perditio, perditor* deriuandum videtur, quae ♂ sunt proprietates. Reapse τκωογ est nomen vrbs Antaeopolis, atque vidimus, Antaeum ♂ planetam significare. Denique *νμ* est Copticum ΝΕΜ *et, atque*. Itaque Tchonemyro (τκω-ΝΕΜ - ογρω Mars cum Ioue) idem exprimit atque Amenobi vel Amenophi, siue Amenophthi (Iupiter — Mars). Quod vero ☉ cum ♂ coniungitur, eo forsā ☉ in ♂ domicilio primario, siue ☉ in γ, Zodiaci capite, siue ☉ vernus, maxime valens, significatur. Praeterea notandum, Oasin magnam (Thebaidem praesidialeni) ad Thebanam prouinciam a veteribus numerari, qua et ♃, et ♂ colebantur, et γ signum terrestre habebatur cum ♁ signo coniunctum.

Thoth, Thoyth, Toth, Θωθ, Θωουθ, Θιορθ ☿ significant. Secundum Aegyptiorum regem Ἀθωθιν veteres interpretantur (Syncell. p. 43. 44. al.) Ἐρμογεννην, atque Medicum eum vocant. Constanter Graeci Latiniq̄ue et Thothum, et ☿ planetam appellant Ἐρμην siue Mercurium; atque constat, ☿ medicinam fuisse sacram et propriam (I. §. 52. p. 65.). Ἀθωθιν vero non differt a Θωθ, quemadmodum Ἀθθας et Φθας (v. Phtha) synonyma sunt. Item Thoutho astronomiae, astrologiae, geometriae et liarumque artium inuentio adscribitur, pariter atque ☿ planetae apud astronomos. Hinc, quum Thoth ☿ sit, recte Diodorus (p. 14. 15.) et Sanchuniathon (Euseb. P. E. I. c. 10. p. 36.) tradunt, Thouthum fuisse a manibus Osiridis (☉) atque Saturni (♄ in hemisphaerio inferiori). Etenim ☿ constans ☉ comes. Iam vero plures a veteribus commemorantur Thouthi, ex quo sequitur, ☿ planetam distinguendum esse a dominiis eius, siue coelestibus, siue terrestribus. Hermes quidem cognomine Trismegistus haud dubie est ☿ planeta. Manetho enim (Syncell. p. 46. Par.) Hermeti Trismegisto adscribit libros, cuius artis inuentionem reliqui ☿ planetae tribuunt. Item Lactantius (I. c. 6.), *Mercurius*, inquit, *instructissimus omni genere doctrinae, adeo et ei multarum artium et rerum scientia Trismegisto cognomen imponeret*. Quibus cum locis conferatur Plutarchus (Sym. L. IX. Q. 3. p. 738.) dicens, Mercurium inuenisse literas in Aegypto primum, eamque ob causam Aegyptios Ibin primae literae signum fecisse. Post hunc Thouthum maximum Manetho commemorat secundum et tertium (Sync. p. 40.), Cicero vero quatuor omnino numerat (Nat. D. III. c. 22.), quorum vltimum dicit Aegyptiis leges et literas tradidisse. *Hunc*, inquit, *Aegyptii Thoyth appellant*. Vnt sit, negari nequit, Thouthum etiam partes Zodiaci, praecipue domos ☿ significare. Constat enim, primum Aegyptiorum mensem Thouth appellari; atque vidimus, hunc mensem 30 dierum signo ♀ 30 graduum respondere (sup. §. 4. pag. 81.). Etiam dudum demonstratum est, Seth nomen a Tet, Tat, siue Thoth non differre. Iam vero ☿ Decanus, secundus in ☿, a veteribus appellatur Sith, Syth (I. §. 17. pag. 23.); quae nomina satis cum

Seth ☿ conueniunt. Ceterum Thoth etiam ☉ in domibus ☿ significare, innuit Diogenes (Hist. Phil. init.), quum ☉ adscribit, quae ☿ conueniunt. Nam ☉ in planetarum domibus eorum facultates assumit. Quamquam Thoth nonnisi ad planetam, ad Zodiaci signa aliasque eius partes, ☿ subiectas, a veteribus referri videtur; puto tamen, hunc Thonthum etiam terrarum orbem significare. Scilicet diserte Clemens, Cicero aliique tradunt (supra §. 2 et 3. pag. 79.), octauum Deorum Aegyptiorum esse mundum, seu terrarum orbem. Et sane ex philosophia Aegyptiaca ☽ Deus dici et coli poterat. Quemadmodum enim ☉ et ☿, ita et ☽ vim quandam in rebus procreandis augendisque et maturandis discernere et obseruare licet. Porro cum septem planetis omnia praeter planetas existentia tribuerentur; sequitur, etiam terrarum orbem aliquem planetam dominum ac praepositum habuisse. Quaeritur, quis ille fuerit planeta, ☽ dominus. Iam vidimus, deum octauum apud Aegyptios fuisse Esmunum, Esmunum vero ☿ significare. Ergo ☿ erat ☽ dominus. Quum vero ☿ variis nominibus veniat, quaeritur, quo nomine ☿ appellatus sit, quum ♀ dominus cogitaretur. Scilicet, licet veteres plures Mercurios distinguant, tamen duo potissimum discernuntur: senior Mercurius et iunior. Quae sententia primum confirmatur a Synesio (De Prouid. p. 101.). *Aegyptii, inquit, Mercurium duplici finxerunt specie, iuuenem iuxta senem collocantes.* Item Manetho non nisi duos Mercurios Aegyptiacos, si accuratius explicatur, commemorat (Sync. p. 40), alterum *Θωθ*, alterum *Tat* vocatum. Vtrumque nomen eadem ex radice ortum est cum Thouth, Theuth, Toot, Tot aliisque. *Stelis, inquit, Thoth, primus Mercurius, inscripsit, quae deinde post diluuium Agathodaemon, filius secundi Mercurii paterque Tati, in libros retulit.* En duos Thoth, seniore et iuniorem. Iam vero inter 8 Cabiros Thoth (☿) est senior, deus octanus (♀) iunior, siue posterior. Diserte Damascius apud Photium (Bibl. Cod. CCXLII. p. 1074.) tradit, *post Cabiros (septem planetas) octauum natum esse Esmunum, quem Aesculapinum (♀) interpretantur.* Ergo secundus Mercurius, siue Thoth iunior, est Tat, isque ☽ dominus. Quod vero Manetho deum Tato priorem appellat Mercurium, in eo sibi ipse contradicit. Nam alio loco (Sync. p. 19.) hos deinceps deos enumerat: Vulcanum, Solem, Agathodaemonem, Saturnum. Neque tamen improbabile est, Mercurium secundum, Solis patrem, significare Solem. Sol enim in aliorum planetarum signis horum nomina assumit. Certe Manetho loco citato non nisi duos Toth commemorat, seniore (planetam) et iuniorem (terram). Iam hunc Tat iuniorem terram significare, docet theosophia Orphica, haud dubie in Aegypto nata. Tradit Eusebius (III. c. XI. p. 115.) quidem haec: *Aegyptii opificem vniuersi, quem Kueph (Agathodaemonem) appellant, humana specie configurarunt. — Hunc porro Deum ex ore ouum edidisse narrant. — Ouum autem illud mundum interpretantur.* Ergo mundus, siue Tat, ex Agathodaemone prodiit. Quam meam de Thoutho, ☽ nomine, sententiam confirmat ipsum nomen Thoth. Nam *Θωθ* est Copticum *θωθ*, vel *θουθ*, vel *θουθ*, vel *θουθ* *vniuersitas, mundus, διοουμενυ.* Solemnis est enim duplicatio radicum, vt *το* *multus*, *τοτο* *permultus*, *θου* *naeuus*, *θουθου* *variegatus*. Quid dicam de eo, quod octauus Cabirus a Manethone ipso *θου* vocatur. Octauus enim Aegypti rex ab illo scribitur *Οὐβιερθης* i. e. *ΟΥ-ΟΥΗΝ-Ν-ΘΟΥ* *agger (semiglobus) terrarum* (sup. I. §. 4. pag. 84.). Sin haec alicui adhuc incerta videantur, en alia argumenta. Aegyptii putabant, vt Zodiacus Taurinensis demonstrat (Tab. II. No. I.), terram in medio Zodiaco septem planetis circumdatam. Rem plane eandem exprimit numus Aegyptiacus (Kreuzer Symbol. Tab. VI. 12.). Hic in medio Zo-

diaco apparet Cybele, vt corona turrifera testatur. Ergo Cybele respondet Thoutho, quatenus terrae praeest. Cybele pingitur manibus aristas tenens. Aristas tenet figura, quae in Zodiacis Aegyptiacis signum ♀ exprimit (v. Lexicon infra), atque ♀ est ☿ domus, Thoth appellati. Quod quidem ♀ signum ipsum est octauum, si, vti solemne est, a ♁ siue ☿ incipias seriem signorum Prouincia Aegypti octaua (♁), vt Geographicum Taurinense testatur (Tab. II. No. 2.), est in Aegypto inferiori, quo loco $\omega\mu\omicron\upsilon\nu\ \eta\ \epsilon\rho\mu\alpha\nu$, *Schmun malorum punicorum*, sita. Ergo ☿, domino terrae, malum punicum erat sacrum. Idem symbolum Cybeles erat. Ergo Esmunus et Cybele ♂ significant. Esmunum vero interpretantur nunc Tosorthum (ΤΟΤ-ΩΡ-ΘΟ Thot-Horum-mundum), nunc Aesculapium, qui pariter atque Thoth et Athoth (☿) medicinae patronus et auctor habebatur (Syncell. p. 54. 56.). Denique Cybele non differt a Titaea, postea Tellus (γρ) appellata (Diodor. III. c. 57.). Nomina vero *Τιταια*, *Τιθεα*, *Τιτα* ipsum nomen Aegyptiacum Tet, Toth prae se ferunt, vt permulta deorum nomina apud Graecos sunt Aegyptiaca. Testatur enim Herodotus (II. 36.), deorum Graecorum nomina ex Aegypto originem habere. Haec quidem omnia adeo inter se congruunt, vt vix dubitari possit, quin Thoth praeter ☿ planetam etiam ♂, quippe ☿ subiectam, significauerit. Atque concedendum, hanc meam sententiam ab omni phantasiae ludibrio esse alienam, imo maxime naturalem veterumque philosophiae accommodatam. Quod imagines Thouthi attinet, e numis Hermopolitanis cognoscitur, eum figura humana, capite Ibis, depictum fuisse (Zoega Num. Aeg. T. XXI.) Item Martianus (II. p. 42.), *Ibis*, inquit, *praenotatum gerit mensis* (Thoth). Sic et prima litera, Thoutho sacra, Ibide exprimebatur, teste Plutarcho Sympos. IX. q. 3. p. 738.). Quod vero veteres Mercurium phallicum effinxerunt nonnquam (Zoega Obel. 219.); dubitare licet, an hoc Thouthum, aut alium Mercurium attineat. Certe ☿ phallicum est numen (Vid. sup. pag. 65. n. 2.).

Typhon, *Τυφον*, *Τυφως*, *Τυφωεις*, plerumque ♁, nonnunquam ♂ significat. Manetho Typhonem inter deos septem maximos, siue Cabiros, numerat (Sync. p. 19.); ergo Typhon ad planetas pertinet Typhon vero solus putabatur Deus in vniuersum noxius et malitiosus, pariter atque ♁ planeta (p. 59. n. 1. ss.); ex quo sequitur, Typhonem ♁ significare. Hyginus (II. c. 28.) Typhonem vocat *acerrimum gigantem et maxime deorum inimicum*. Testatur Plutarchus (Is. 362.), Aegyptios potentiam Typhonis sacrificiis demulcere et deliciae, atque (ib. 380.), animam Typhonis in animalia migrasse et naturam omnem brutam et belluinam malo genio (Typhoni) deberi. Addit (p. 362.), certis in festiuitatibus Typhonem contumeliis affectum fuisse, atque (p. 380.), animalia ei sacra mactata fuisse, *tamquam supplicio genius ille malus afficeretur*. Narrat Herodotus (II. 131.), *Aegyptios verberibus caedere Deum quendam*, quem quidem ille, quippe nefandum et terribilem, ceu diabolium, timet nominare. Diserte Plutarchus (Is. 380.) dicit, Aegyptios Typhonem reputare malum genium (*κακον δαιμονα*). Alias (p. 368.) narrat, *Typhonem dici, quicquid in natura esset corruptum*, atque (p. 369.): *quicquid in natura malum, corruptum et noxium existat, membrum esse Typhonis, vel partem, vel operationem*. Accuratus Typhoni Plutarchus (Is. 371.) adscribit omnia animalia mala, plantas noxias, obscuritatem, turbationes naturae, eclipses ☽, et alia mala. Quum Aegyptii astronomi eadem parte ♁ adscribant (I. §. 47. p. 59.); clarum est, Typhonem significare planetam ♁. Deinde vero Typhon etiam ♁ domus ☿ et ♁, nec non alias Zodiaci partes, ♁ adscriptas, significat. Quis est enim, qui ignoret fabulam de Typhone, Osiridis interem-

tore! Quamquam haec quidem fabula non semper eodem modo narratur, eius tamen summa sibi constat. Narratur nimirum Osiris expeditionem fecisse cum comitibus suis, donec certo quodam loco interficeretur a Typhone fratre. Postea, ut aiunt, Osiris in vitam reuocatus est et Hori nomine denuo regnavit. Nemo nescit, Osiridem esse ☉; eius comites ☿ ♀, nec non ♃; Typhonem fratrem semicirculum hibernum siue infernum, strictius Tetrantem vel Quadrantem hibernum, strictissime solstitium hibernum. Quae omnia disertis veterum testimoniis confirmantur. Narrat Herodotus (II. 121.), Memphi in templo Vulcani duas fuisse statuas, *alteram, ad Aquilonem spectantem ac aestatis nomine insignitam, ab Aegyptiis adoratam multisque benevolentiae ac reuerentiae testificationibus condecoratam fuisse; alteram vero, quae Austrum respexit, hyemsque nuncupabatur, contraria plane experiri debuisse.* En duo hemisphaeria, superum atque inferum, cui ☿ praerat. Huc spectat, quod Aegyptii occasum ☉ crocodilo significarunt (Horap. 1. 69.). Crocodilus enim ☿ sacer, atque hemisphaerium nocturnum respondet hemisphaerio infero, veluti constanter nocturno. Porro tradit Oraculum Apollinis, Solem hieme dici Orcum (ὄϊδης), qui, ut vidimus, ☿ adscribitur. Habemus ergo ☿ dominum hiemis sensu strictiori. Deinde Osiris interemptus dicitur a Typhone sub solstitium hibernum, quo iuuenem Osiridem, Horum, seu novum ☉, Isis genuit (Plut. Is. p. 377.). Ergo Typhon strictissime vocatur solstitium hibernum ipsum. Praeterea Typhonis nomine insigniuntur signa ☿, praecipue ♃. Constat in Labyrintho fuisse *Nemeseum*. Labyrinthus vero imago Zodiaci fuit, atque Nemesis nomen ☿ planetae, ut vidimus (p. 12.). Ergo signum, vel signa ☿ Zodiacalia nomen ☿ gerebant. Hinc templa commemorantur Typhonia, quae Nemeseis illis respondent. Hinc et inter quinque novos deos serius natos, qui cum 7 prioribus 12 signa Zodiaci expriment, veteres Typhonem memorant, ex quo clarum est, cum hinc duo Typhones enumerentur, duo signa nomen habuisse Typhonis. Quod primum valet de ♃. Nam Typhoni crocodilus sacer erat, qui colebatur in vrbe Ombos. Dicitur Typhon crocodili formam subiisse, ut fugeret vindictam Hori, sub solstitium hibernum nati. Plutarchus (Is. 371.), *Typhon, inquit, ut effugeret iram Hori, formam crocodili adsciuit.* Cogitandum itaque de signo post solstitium hibernum secundo. Iam Ombos respondet signo ♃, quare Typhon domum ☿ secundam significat. Porro mensis Aegyptiorum Tybi, Τυβι, ΤΩΒΙ, iisdem vocabulis constat atque Typho, Τυφω, scilicet ex † *pugnare* et ΟΥΒΕ *contra*, quae hostem significant. Reapse ☿ omni boni hostis atque aduersarius habebatur. Mensis vero Tybi signo ♃ respondet (I. §. 32. p. 40.). Et hanc ob causam Osiridis sepulcrum (Tapusiris) haud procul ab Alexandria habebatur, quae prouincia ♃ respondet. Osiris enim sub initium ♃ periisse dicitur, quippe solstitio hiberno. Hinc etiam apud Indos ♃ exprimitur crocodilo, ☿ simbolo (Vid. Zodiacum Indicum in Transact. of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1. sig. ♃). Ergo Typhon tum ♃, tum ♃ significat. Et hanc ob causam haud dubie Plutarchus (Is. 375.) Typhonem et Nephthyn dicit τῶν ἐσχάτων ὑπιομένων, quippe fines Aegypti et superiores (♃) et inferiores (♃) occupantem. Porro Typhon etiam Nomos ☿ conuenientes significat. Commemoratur vrbs Typhonia haud procul a Pelusio sita (Ioseph. c. Ap. I.), quam Jablonskius, credo, recte comparat (Panth. V. 83.) cum Sethro Seth enim ☿, seu Typhonis cognomen. Sane ☿ nomus in ♃ habetur. Ut sit, negari nequit a Typhone etiam Nomos, siue decurias Zodiaci nomina accepisse. Ceterum per se clarum est, Typhonem etiam ☉ in ☿ domiciliis versantem significare. Hinc Typhoni interregnum quoddam adscribitur (Athen. Deip. XV.

p. 680. Plutarch. aliique), quod valet de ☉ per domus aliasque Zodiaci partes, ♃ proprias, trans-eunte. Quamvis vero ex his clarum sit, Typhonem plerumque ♃ eiusque dominia significare; negari tamen nequit, Typhonis nomine etiam ♂ appellari. Neque hoc mirum. Nam ♃ et ♂ sola sunt Aegyptiorum numina infausta, solaque inter se multas facultates communes habent (I. §. 54. pag. 68.). Quare profecto vtrumque licebat aduersarium bonorum, seu hostem (†-ΟΥΒΕ) vocare. Primo enim Manetho apud Syncellum (p. 19.) inter deos maximos refert praeter Κόρον (♃) etiam Typhonem, qui quidem, quum reliqui planetae rite commemorentur, non potest non ♂ significare. Porro inter quinque deos serius natos, scilicet signa Zodiaci, enumerantur Typhon et Nephthys, seu Venus, cum reliquis ♀ ♀ ♀ (I. §. 34. p. 41.). Quum vero Nephthys, siue Venus Vrania, ♃ significet; in oculos incurrit, Typhonem ♂ valere. His alia accedunt argumenta. Typhonem Plutarchus (Is. 359. 364.) dicit rutilum (πυρρόχροον). Rutilus vero color ♂ proprius (I. §. 4. p. 12.). Porro, *Typhonem, inquit, censent omne siccum, igneum et quicquid denique exsiccandi vim habens aduersum humori.* Addit idem (p. 366.), *Typhonis insidias significare vim siccantem et consumentem humorem, qui generat augetque Nilum.* Iam vero omnis aestus et siccitas non ♃, qui frigidus et humidus putabatur (I. §. 47. p. 58.), sed ♂ conuenit. Hinc Eustathius Typhonem interpretatur ventum ardentem (θερμιον). Quas ob causas Typhon nonnunquam etiam ♂ significare videtur. Quod denique imagines Typhonis attinet, tradit Eusebius (Pr. E. III. 11.), eum specie crocodilina effectum fuisse. Formam humanam ei tribuit Herodotus (v. Jabl. Pant. Aeg. V. p. 44.), colorem rufum et subpallidum (παρωχρον) Plutarchus (Is. 364. 359.). Ceterum figuram hominis vincti Typhonem significasse, sequentia docent. Mos erat antiquitus, Osiridi (☉) homines rutilos, seu Typhonios, sacrificandi (Marsham Chr. p. 80. 317.). Abrogatis sacrificiis humanis, boues loco hominum adhibebantur, quibus sigillum imprimeretur (Plutarch. Is. 363.). *In sculptura autem sigilli, inquit, vt refert Castor, exprimebatur Homo in genua desidens, manibus post tergum deductis.* Reapse captiui et serui hominesque omnino Typhonici erant ♃ consecrati (I. §. 47. p. 60.). Huc spectat locus Horapollinis (I. 23.), quo dicit Onoccephalum significare inertem (♃). Asinus enim et inertia ♃ propria (I. §. 47. p. 60. v. infra asinus).

Zom, Som, Σιμ, ΧΩΜ plerumque ♂, hinc ☉ in ♂ dominiis significant. Etsi hoc numen diserte non commemoretur; nomen tamen *Zomi* cum aliis vocabulis coniunctum reperitur atque *Hercules* vertitur, quem quidem deum constat inter maximos Aegyptiorum deos locum habuisse. Regem Σιμφοκρατην Eratosthenes interpretatur apud Syncellum (p. 87.) *Herculem Harpocratem, Ηρακλην Αρποκρατην.* Sane ΧΩΜ-ωρ-παβ-ρατ significat *fortitudinem, Horum pede claudicantem.* Ergo Σιμ et ΧΩΜ idem significant. Mutatio Z in S apud Aegyptios sollemnis. Vrbs Aegypti haud procul a Sai sita vocatur Graece Σεβεννιτος, Σεβοντος, ab Arabibus *Sammanud, Semenud*, Coptice ΧΕΜΝΟΥ†, ΧΕΜΝΟΥΤ, *fortitudo dei, vel diuina virtus.* Est autem Hercules, qui illic coleretur, de quo infra. Regem Σεμωος Eratosthenes interpretatur *Ηρακλειδην, Herculis stirpem.* Etymologicum tradit, Herculem Aegyptiace appellari *Χουα.* Sollemniter vero χ in ξ, μ in ν vertuntur, quare ΧΩΜ denotat *Herculem.* Narrat Eusebius (Chron. p. 14.), prope *Cochonem, vel Cochomen* (περι την Κωχωνην, siue Κωχωμην, vt Africanus legit) esse Aegyptiorum pyramidas. Regio autem illa appellatur *Heracleopolis*, cui sane κω-ΧΩΜ *terra Herculis* respondet. Auctore Hesychio, Hercules dicebatur *Γιγωρ, vel Γιγρωρ, quod eodem redit.*

Nam ; et x Graeci saepissime adhibent pro x Coptico. Certe xi-xom, vel xin-xom significat *potentem*. His itaque exemplis euincitur, *Zom, Som, Sem, Chom, Chon* significare Herculem Aegyptium. Quaeritur, quid hic deus sibi velit. Teste Cicerone (Nat. Deor. III. 16.), Hercules Aegyptius fuit filius Nili, h. e. Zodiaci pars. Signa vero Zodiaci planetas habent dominos. Idem tradunt Herodotus (II. 43.), Diodorus (I. p. 21.) aliique permulti (Appian. Exp. Al. II. p. 125., Tacit. An. II. c. 60., Macrob. Sat. I. c. 20.); dicentes, Herculem vnum esse de 12 Diis maioribus. Quum vero signa Zodiaci atque duodecim Dii ex 7 planetis orti fuerint; sequitur Herculem, siue *Zom* significare planetam aliquem. Iam vero xom, *fortitudo*, planetae ♂ est propria (I. §. 49. p. 61.); ergo Hercules-Zom primum quidem ♂ significat. Id quod vetus Aegypti Geographia egregie confirmat. Ab Hercule enim eae prouinciae appellabantur, quibus ♂ praecerat. Sic Decuriae ♂ vocantur in γ *Chon-tare*, in μ *Sen-tacer* (vid. s. p. 23. 5., in quibus, vtut corruptis, radix xom non obscurior est, quam in nominibus *Κωζωνη, Γιγων* et reliquis. Porro constat, Herculem cultum fuisse Heracleopoli, quae vrbs Decuriae ♂ in π respondet. Semnuti, xom-νοϋ†, *fortitudo diuina*, pertinet ad prouinciam μ, in qua est ♂ decuria. Ibidem situs erat pagus *Som-bat* cem-πο†, quae eodem spectat. Porro Hercules cultus fuit Heraclei prope Canobum, vnde et ostium illud Heracleoticum dicitur. Illa vero in prouincia (ζ) est ♂ Decuria. Ceterum Herculem, a ☉ diuersum, ♂ planetam significasse, optime fabula docet, qua Osiris Herculi, quum expeditionem susciperet, exercitum commisit (Diodor. I. p. 15.). Osiris enim aut ☉, aut Zodiacus est; atque Hercules significat aut caput exercitus, stellarum scilicet, γ domum ♂, aut planetam ♂, cui solo bellum et exercituum ductio adscribitur (I. §. 48. p. 61.). Adde verba Macrobiani (Sat. III. 12.): *Chaldaei quoque stellam Herculis vocant, quam reliqui omnes Martis (♂) appellant*; Apollonii (Aeg. III. v. 1376.): *τον πρωεινι (♂) προσαγορευομενον ἰπο Ἑλληγων, ὑπο δε Χαλδαιων Ἡρακλειου*; Hygini (Poet. A. c. 42.): *tertia est stella Martis (♂), quam alii Herculis esse dicunt*; Plinii (II. 8.): *tertium sidus Martis ♂, quod quidam Herculis vocant*. Quamuis vero certissimum sit, Herculem, siue *Zom*, ♂ designare; negari tamen nequit, eum et ☉ significare. Et hoc quidem in vniuersum valet, quum veteres 12 opera Herculis eiusque mortem commemorant. Etenim 12 opera illa sunt 12 signa, atque interitus Herculis non differt a morte Osiridis, nimirum ☉ in solstitio hiberno suppresso et nouum annum auspicante. Idem significabant Aegyptii, quum fabulabantur, Herculem ad Iouem accessisse (Herod. II. 42.), quumque Thebani Herculis simulacrum semel quotannis ad Iouis (γ) imaginem adducebant. Hinc Eusebius (P. E. III. 9. p. 112.), *Solem*, inquit, *Herculem appellarunt*. Macrobius ait (Sat. I. c. 20.), *reuera Herculem Solem esse, vel ex nomine clarere*. Hinc et decuriae ☉ nomina Herculis gerunt, vt *Chon-tacre* in γ, collato *Chon-tare*, decano ♂ in γ. Eandem Decuriam ☉ Firmicus *Sen(xom)-acher* appellat (p. 23. supra). Puto autem Herculem sensu strictiori dici ☉ in ♂ dominiis versantem. Pythagoras, ab Aegyptiis doctus, tradit, Herculem significare potentiam naturae (*την δυναμιν της φυσικης*), vt Jamblichus testatur (Vit. Pyth. c. 28.). Natura vero potentissima est, quum ☉ versatur in hemisphaerio supero, vel in signis calidis. Huc spectat, quod narratur, Herculi in Lybia arietem apparuisse. Lybia enim hemisphaerium calidum, seu superius significare videtur. In finibus Lybiae enim, hoc est π finibus, quo loco finitur semicirculus superior, Hercules interfectus dicitur a Typhone (Athen. IX. p. 392.). Hinc Nonnus (Dionys. XL. p. 683.) *Herculem Solem* vocat *aristis*

amictum, regem ignis, quod valere non potest nisi de ☉ aestiuo. Hinc Macrobius (Sat. I. c. 20.), *Hercules*, inquit, *ea est Solis potestas, quae humano generi virtutem ac similitudinem praestat deorum*. Virtus vero est ♂ propria, qui potentissimis Zodiaci partibus praefuit, maxime ♀. Huc accedit, quod Hercules tempus et temporis initium vocatur (V. Jablonsk. Panth. I. p. 190. 194.). Temporis vero et Zodiaci initium est ♀, quare profecto Hercules strictissime ☉ in ♀ significare videtur. Vtique Thebis, quae ♀ respondent, maximum Herculis celebrabatur festum. Quod denique imagines Herculis siue Zomi attinet, philosophia Orphica, Aegyptiacae filia, docebat, ex Chao *ortum esse animal draconem, cui adnatum erat caput leonis, corpus vero medium continebat faciem Dei, quem Herculem et tempus vocant* (Athenag. pr. Christ. p. 18). En ☉ cum symbolo suo leone atque ♂ dracone, quo ☉ in ♀, ♂ domo, Zodiaci capite, innui videtur. Porro quum Σειφοκρατης significet *Herculem - Horum pede claudicantem, vel pedibus ruptum*; maxime probabile est, Herculem, tum ☉, tum ♂, pedum habitu distinctum fuisse ab aliis diis. Certe Vulcanus, vtrique numini affinis, claudicans fingebatur. Huc spectat fabula de Hercule in Libya victo. Narrat Plutarchus (Is. 376.), *Iouem pedibus inter se adunitis* (σκειλων συμπεφυκωτων), *cum ire non posset, in solitudine vixisse; Isidem autem, dissectis et diductis iis membris, Ioui gressum expedituisse*. Iupiter quidem non differt ab Hercule hoc loco. Eandem enim fabulam Seruius (Virg. Aen. IV. 196.) his verbis incipit. *Liber, vel, ut alii dicunt, Hercules per deserta Lybiae exercitum duxit*, cet. Itaque, quum ☉ eorum signorum insignia assumat, in quorum finibus versetur: sequitur, tum ♂, siue planetam, siue dominum signi Zodiaci; tum ☉ in ♂ dominiis versantem, pedibus adunitis expressos fuisse. Nam fabula illa spectat ad aliam, qua docetur, Solis cursum esse maxime lentum circa solstitium hibernum, maxime vero velocem in aequinoctio (Plutarch. Procreat. an. p. 1028.). Adde Scholiasten Hesiodi (p. 158. Ven.). *Circulum*, inquit, *Aequinoctialem* (♀ ♂ ☉), *quem sol celeri motu percurrit*. Cadit ergo solutio ☉, pedibus victi, in signum ♀, seu ♂ domicilium. Ceterum ex Horapolline (II. 12.) patet, Somnum Herculem fingi armatum. Καθολισμενος, inquit, και τοξενων εχλον σημεινει. Turbae vero ♂ adscribuntur (I. §. 49. pag. 61.).

§. 9.

Nomina mythologico-astronomica feminina.

Quum masculina Aegyptiorum numina maxime ad ☉ spectent, vt veterum scriptorum auxilio in superioribus demonstratum; sane conicere licet, Aegyptiorum Deas plerasque potius ♀ attinere. Vidimus enim ex Chaeremone, omnes Aegyptiorum Deos aut ad ☉, aut ad ♀ referri, quae astra alii Zodiaci in partibus alia nomina et cognomina, ac insignia assumant. Qua in re distinguendum erit inter nouilunia et plenilunia, licet nouilunia in rerum natura sint potiora, ac principalia habenda. Ceterum huc spectat, quod astrologi Zodiacum diuiserunt inter numina partim masculina, partim feminina. Sex enim signorum domini habentur masculini, totidem feminini, cuius rei ratio latet partim in rerum natura, quae tota rebus sexu diuersis constare videtur, partim in repetitione planetarum singulis signis praepositorum. Quum enim Zodiaci Dodecatemoria diuidenda essent inter septem planetas; ☉ et ♀ vnum, ♀ ♀ ♂ ♀ ♀ ♀ bina signa sortiti sunt. Quare hi

quidem planetae, vt bina singulorum domicilia inter se discerni possent, altero suo in signo masculini, altero feminini fingeantur, vt Tabula I. demonstrat. Sic ♂ est masculinus in ♀, femininus in ♀. Iam accedamus ad singulas Aegyptiorum Deas ad astronomiam referendas.

Ambo, Ἀμβω, ♀ significat, vt fusius infra ad Tithrambo demonstrabitur. Vtraque enim Dea est eadem.

Anucis, Ἀνουκίς, ♀ significat. Leguntur enim in stele Graeca Bacchi in insula, apud primam Catarrhactam sita, a Rüppelio Francofurtensi reperta (Letronne Rech. p. 344.) haec verba: Ἀνουκίς τῆ καὶ Ἐστίας cet. θεοῖς μεγάλαις. Ergo Anucis magnis Diis, id est Zodiaci signis adnumeratur atque cum Vesta comparatur. Etiam Vesta diis 12 magnis atque signis Zodiacalibus adnumeratur, tum apud Manilium (Poet. p. 170.), tum in monumentis astronomicis antiquis (Kreuzer Sym. Tab. XXXVI.). Quaeritur itaque, quem deum astronomicum, quodue signum Vesta exprimat. Manilius quidem loco citato incipit Zodiacum a ♀, 12 Deos vero a Pallade (♂), quae profecto, vt vidimus, respondet ♂, domino ♀. Signum decimum numerat ♀, numen decimum Vestam. Ergo Vesta, siue Hestia-Anucis, respondet ♀, cuius dominus est ♀ femininus (Tab. I.). Porro constat, *Maiam* (i. e. matrem) eandem esse atque matrem deorum Rheam, siue Vestam, vel *Maiestam*, Vulcani (♂) uxorem (Macrob. Sat. I. c. 12.), atque ab ea dictum fuisse Mensem Romanorum Maium. Menses Romanorum a Ianuario, Aegyptiorum a Thouth incipiunt; vtriusque vero nationis menses ordinem signorum Zodiaci sequuntur inde a ♄, vt vidimus (p. 16.). Iam cum menses Romanos deinceps ad Zodiacum referas; mensis Maius in signum ♀ incidit. Ergo denuo probatur, Vestam siue Anucin ad ♀ siue ♀ femininum referendam esse. Deinde insignia Vestae sunt habitus matronae, lampas cum capite asini atque ignis. Ignis quidem Vulcano (♂) conuenit, matronae habitus Rheae (♀ fem.) deorum matri, asinus vero Typhoni siue ♀ sacer habebatur (p. 66.). Sed haec iam sufficiunt ad intelligendum, Anucin vel Vestam significare ♀, dominum signi ♀. Quum vero signa Zodiaci a planetis appellati fuerint; inde consequitur, Anucin quidem primum ad ♀ dominum ♀, hinc vero ad ♀ planetam esse referendam. Reapse Diodorus Siculus (L. I. p. 12.) Vestam inter septem Cabiros, h. e. planetas numerat. Hinc etiam Vesta pro numine terribili, ceu Typhone (♀) feminino, habebatur Memphi (Pansan. Arch. L. VII. c. 22. p. 579.), quod valere etiam videtur de ♃ noua in ♀. Huc saltem spectant primitiae frugum Vestae velut Isidi in ♀ oblatae. Hinc et infantem portans pingitur vt Isis, mater Hori, i. e. Nouilunium in ♀ (V. Albric. Gentil. de Imag. Deor. c. 17.). Huc facit nomen Anucis, quum deriuatur a ΝΑΑΚ- ΝΑΖΚΙ *parturire*, vel ΑΝΑΥ- ΖΗ *ad spectus ♃ initialis*. Quod imagines huius Deae attinet, licet conicere, eam, quippe Vestae et Rheae affinem, specie matronae cum mammis pendulis (Euseb. P. E. III. 109.) expressam fuisse.

Aso, Ἀσω, ♀ attinere videtur. Narrat enim Plutarchus (Is. 356.), reginam Aethiopiae, quam infra ventum austrinum ex Aethiopia flantem interpretatur, Typhoni opem tulisse in Osiride supprimendo. Quum in finibus Aethiopiae habeatur signum ♀ scilicet ♃, quumque Typhon signum ♀ significet; puto, Aso, sociam Typhonis, proprie signum ♃ exprimere, quod quippe hibernum pariter atque ♀ facit ad vim ☉ frangendam. Certe illa regio ♀ subiecta erat, vnde et ventus Saturnius vel Typhonius, ac si dicas Aethiops, Ἐθωσ, Aso dici poterat. Facilius tamen *Aso* deriuatur ab Ἐσω, *porcus*, qui ♀ sacer erat.

Athor, Ἀθωρ, Ἀθαρ, Ἀθρη, ἥ atque ♃ in ἥ dominiis significat; nonnunquam ad ♂ trahi videtur. Veteres enim Athor interpretantur *Venerem*, *Venerem Vraniam*, atque simpliciter *Vraniam*, nec non *Venerem tenebricosam*, quae ἥ femininum significant (Jablonsk. Panth. L. I. p. 6.). Testatur Horapollo (I. 11.), Aegyptios vulture Vraniam significare, quoniam inde omnium generatio sit. Οὐρανίαν δέ, inquit, οὐ γὰρ ἀρεσκει αὐτοῖς τον οὐρανὸν λεγεῖν: ἐπει τουτων ἡ γενεσις ἐκείθεν ἐστι. Quum in praecedentibus locutio sit de Iunone; haec ad Iunonem spectant, quoniam addit: ἐπειδη δοκει παρ' Αἰγυπτίοις Ἀθρη μιν το ἀνω του οὐρανὸν ἡμισφαιριον ἀπειληγεναι, το δε κατω Ἡρα. Quae et causa est, pergat, ut absurdum censeant, coelum masculino genere efferre; quippe cum et Solis, et Lunae caeterorumque siderum genitura in eo perfecta sit, qui nimirum foeminae actus est. Quis, quaeso, non videt, Horapollinem loqui de Saturno, vel Rhea (ἥ feminino), omnium deorum progenitore. Idem vero ἥ, quem Horapollo Iunonem atque Venerem Vraniam dicit, praerat semicirculo inferno, seu hiemali. Sane ἥ domos suas habet in medio semicirculo liberno, eique frigus proprium ducebatur (I. §. 47. p. 59.). Ergo Iuno, seu Vrania, ἥ femininum significat. Idem tradit Apuleius (L. XI.) dicens: „Coelestis Venus, — rerum natura parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initialis, summa numinum, regina Manium, prima Coelitem, deorum dearumque facies vniformis“. Quum vero veteres Iunonem, pariter atque Athor, Venerem Coelestem vocent, iisdemque numinibus ea adscribant, quae ἥ conveniunt; consequitur, Athor significare ἥ femininum. Sic ἥ adscribitur obscuritas (I. §. 47. p. 58.), atque Hesychius, *Aegyptii*, inquit, *templa erexerunt Veneri, Veneri illi, quam et tenebras et Noctem vocant*. Hac facit nominis explicatio, quum ab α† et Ϸωρ *impugnare Horum* deriuatur. Nam ἥ, siue dominus Ϸ et ≍, siue dominus semicirculi inferioris, Horum (⊙) impugnare ac suppressere dicebatur. Sin malueris De Sacyum sequi, α†-Ϸωρ *lucis expers* non minus ἥ significat. Ceterum *Athor* vere ἥ significasse, demonstrant ἥ decanorum nomina. Sic decanus ἥ in ♁ vocatur *Ater-echinis*. Tradit Herodotus (II. 41.), in vrbe Ἀθαρ-βεχι (αθωρ-βακι vrbe Athoris) coli Venerem (sc. Vraniam). Ἀθαρβεχίς vero eadem est atque Ἀθρηβίς, quae pertinet ad prouinciam ♀ alteram, siue ♁. Quum itaque decanus *Atar-echinis* (lege Atar-bechi-nis) atque Athar-bechis vrbs ad eandem ἥ decuriam in ♁ pertineant; plane non video, quomodo negari possit, Athor significare ἥ, dominum partium Zodiaci, ergo etiam ἥ planetam ipsum, quippe femininum, siue Vraniam, Rheam, deorum matrem. Adde loca Plutarchi (Is. 362.) et Diodori (I. 87.), quibus traditur, Hecaten tenebricosam, ut Athorem ille vocat (Hesych. in Σκοτία), coli in nomo Memphitico. Ibidem autem erat ἥ decuria. Accedit huc locus Jamblichi (L. VIII. Myst. c. 3. p. 159.): ὁ δη και Ἀθωρ δια συγης μονης θεραπεινεται. Silentium vero, seu taciturnitas, solius ἥ proprietas est (I. §. 49. n. 1. 2. pag. 58.). Ceterum, quum et ♃ noua in aliis locis alia nomina, quippe quorum planetarum dominiis insit, assumat; probabile est, Athor etiam ♃ in ἥ dominiis versantem significare. Reapse Isis, quae est Luna, pariter atque Athor vocatur Venus coelestis (Apul. L. XI. init.). Porro in vrbibus Athoris, Veneris Vraniae, colebantur vaccae, quae Isidis plerumque symbola sunt. Aelianus (XI. c. 27.), *in hoc*, inquit, *vico colunt Venerem, quam coelestem vocant, venerantur vero etiam religiose vaccam, ideo, quia affinitatem et conuenientiam cum dea ipsa habere existimetur*. — *Itemque Isin tubulis cornibus Aegyptii et fingunt et pingunt*. Item Strabo (XVII. p. 556.) testatur, Aphroditopoli, quam etiam Athribin appellat, *vaccam candidam sacram ali*. Quamuis vero certum sit,

Athor referendam esse ad ♃; negari tamen nequit, idem nomen etiam ♂ significare. Neque hoc mirum, quum ♃ et ♂ simillimae indolis putarentur (I. §. 54. p. 68.). Vidimus (p. 40.), mensem Aegyptiorum tertium dici Ἄθρο Graece, Ἀθωρ Coptice, qui quidem respondet ♃, planetae ♂ domicilio. Apud Romanos vero item tertius mensis, Martius dictus, ♂ sacer est et ♃ respondet. Porro ♂ planeta etiam apud Persas et Chaldaeos *adar* dicitur (I. §. 4. p. 11. n. 39.). Quare negari vix poterit, Athor etiam ♂, primum quidem planetam, hinc dominum signorum ♃ et ♃, aut certe ♃ significare. En testimonia veterum. Etymologicum M.: *Athyr mensis. Aegyptii Venerem vocant Athor et ab ea tertium anni sui mensem denominarunt.* Hesychius: *Athyr. Ita Aegyptiis dicitur et mensis quispiam et bos.* Orion: *Aegyptii vocant Athor (Ἄθρο), et ab ea tertium anni sui mensem denominarunt.* Plutarchus (Is. 366.): *Mense Athyr periisse Osiridem dicunt, quando Nilus recedit et solum nudatur.* Nilus vero recedit, quum ☉ in ♃ versatur. Itaque Athor ♂ respondet. Reapse ♂ femininus signo ♃ praeest (Tab. I.). Huc accedit quod Athor etiam decuriis ♂ respondet. Sic decanus ♂ in ♃ vocatur *Pti-biu*, i. e. *Phtha (♂) biu*, atque *Atem-bui*, quod haud dubie scribendum *Ater-bui*, vel *Ater-biu*. Tradit Strabo (XVII. p. 552.), *Momemphi Venerem coli et ali vaccam sacram.* Momemphis vero, quum ad ultimam Aegypti prouinciam pertineat, respondere videtur decuriae ♂ in ♃. Adde, quod Mineruae (♀) aether, ἄηρ, sacer erat (Diodor. I. 12.), quare γλανωπις dicitur. Aperte vero αἰθρη et Ἄθρο ex eadem radice prouenerunt. Quod denique imagines Athor attinet, ex eo, quod in locis ei sacris vaccae alebantur, apparet, eius simulacra figura bouina fuisse. Huc spectat, quod Ouidius canit (Met. V. 329.), *Saturniam mutata esse in niueam vaccam.* Saltem Isis ♃, quippe quum Athor significaret, cornibus bouinis pingebatur, teste Aeliano, vt supra vidimus.

Athyri, Ἄθροι, Isidis cognomen, quippe ♀, aut ♃ in ♀ dominiis positae. Plutarchus (Is. 374.) Ἄθροι interpretatur οἶκον ὄρον κοσμιον, conuenienter quidem cum vocabulis Copticis η-θo-ωρ i. e. *domus mundana Hori*, vel Ἀθo (*mundus*, cum Ἀ prosthetico, vt in Ἀφθας), ωρ *Horus*, η vel ηι *domus*. Addit vero idem: ἡ δὲ Ἴσις ἐστὶν ὅτι καὶ Μοιθ, καὶ παλιν Ἄθροι cet.; ex quo sequitur, illo vocabulo Isin ab alia Iside, siue ♃ in certo signo versantem ab alia ♃, distingui. Probabilius hoc quidem. Commemoratur enim domus Hori; quare, quum Horus vsitatus dicatur de ♀, puto, Isin-Athyrin significare ♃ in ♀ domo, praesertim verno, i. e. in ♃ signo, versantem.

Bubasis, Βουβαστις, ♃ cognomen. Tradit Etymologicum M. (v. h. voc.), hoc nomine dici et vicum quendam, et deam, scilicet Ionem. Io vero haud dubie non differt a 102 luna. Bubasis nomen quidem constare videtur ex πωρ-βασι i. e. *Luna vacca*. Quum Io mater Epaphi, siue Apidis ♃ sacri, dicatur atque in Aegypto Isidis nomine culta Io fuerit (Ouid. Met. I. 588.; Apollodor. II. 1. §. 3.); probabile videtur, Bubasin ♃ ipsam significare. Certe mater Apidis Memphi habita significat periodum Apicam absolutam, nouus Apis nouum 25 annorum spatium incipiens. Ceterum Isis Ταρσομορφος fingebatur.

Bubastis, Βουβαστις, ♀ planetam, hinc ♃ in ♀ dominiis, maxime in ♃, versantem significare videtur. Bubastis enim inter maximas Aegyptiorum deas numerabatur, quare Ouidius eam vocat *sanctam* (Met. IX. v. 687.); et maximum ei sane festum agebant Aegyptii (Her. II. 60.). Ergo Bubastis aut planetis, aut 12 diis maioribus adnumeranda est, vel potius vtrique ordini. Iam vero locus Ouidii (Met. IX. 687.) demonstrat, Bubastin ♀ planetam significare. In versibus enim

illum sequentibus luculenter 7 planetas, vel Cabyros, deos Aegyptiorum maximos canit. *Inachi* — (☾) *inerant lunaria fronti cornua, cum spicis nitido flauentibus auro et regale decus; cum quo latrator Anubis* (☪) *sanctaque Bubastis* (♀) *variisque coloribus Apis* (☉), *quique premit vocem digitoque silentia suadet* (♄), *sistraque* (Inachi ♃) *erant: nunquamque satis quaesitus Osiris* (♁), *plenaque somniferi serpens peregrina veneni* (♂). Quum vero Bubastis ad ♀ spectet; sequitur, eandem referri debere ad ♀ domicilia ♀ et ♁, aut saltem ad ♁. Vtique Bubastis vrbs, quam Diodorus (I. 23.) dicit Isidi (♀) aedificatam, respondet signo ♁. Huc facit, quod Artemis, siue Bubastis teste Herodoto (II. 137. 138.), dicitur filia Dionysi et Isidis. Bacchus enim Osiris est ☉ autumnalis, vt vidimus (p. 113.), qui pertinet ad ♁ m ♁, atque Isis (♃) diserte illo in loco distinguitur a Bubasti (♀). Adde, quod Artemis siue Diana in felem mutata dicitur (An. Liberal. Met. F. 28.), quum Dii fugerent Typhonem. Constat vero, illos 12 deos esse signa Zodiaci. Ergo Artemis hoc loco non ad planetam spectat, sed signum. Suffragatur ipsum Artemis nomen, quippe quod constat vocabulis ωρ *Horus*, et τμηι, θμηι, θμηι *iustitia, θμης*. Itaque Ἄρ-τμης significat *Horum iustitiam*, vel *iustificantem*. Horus vero significat nunquam ♃, sane vero ♀; atque in monumentis Aegyptiacis ♀ domus ♁, figura librae, vel hominis deliberrantis exprimitur. Vnde haud dubie ♁ in Zodiacum recepta fuit. Ceterum ipse Herodotus testatur, nomina deorum ex Aegypto in Graeciam venisse. Porro huc facit, quod Bubasti feles colebantur, atque felis filia Isidis dicebatur (Demetrius Eloc. §. 159. Ox.). Quod enim felis, Bubastis in vrbe culta, ab Iside genita dicitur, ex eo clarum est, felem, symbolum Bubastis deae, diuersam fuisse ab Iside (♃). Et hoc confirmat nomen ipsum. Bubastis enim haud dubie constat πωϷ-BACI-† h. e. *Lunae vaccae donum*, vel *progenies*. Bubasin enim Lunam denotare, supra dictum. Praeterca maxima est inter ♀ et ♃ affinitas apotelesmatica (I. §. 54. p. 68.). Bubastim vero vt ♀, ita et ♃ in ♁ ♀ domicilio significare posse, claret. Notum est, maximum quotannis festum habitum fuisse Bubasti in honorem Bubastis. Non vero nisi vnum Nouilunium est primarium in ♁ quotannis; atque Bubastin omnes interpretantur Dianam, quae, quum cornua lunaria gerat, non nisi ♃ significare potest. Quare Bubastis haud dubie ♃ in ♁ significat. Vidimus enim ex Chaeremone, etiam ♃ aliam dici in aliis signis. Hinc recte Cicero (Nat. D. III. 20.) et Ouidius (Met. XV. 196.) Dianam (Bubastin) pro ♃ habuerunt. Porro deae Bubasti cura puerperarum adscribitur (Anthol. Gr. I. 72. p. 154. Wech.), quam Graeci et Latini Lucinae et Ilithyiae tribuunt. Vtraque vero dea, vt constat, ad ♃ pertinet (Jablonsk. Panth. L. III. p. 71. 79.) Hinc vrbs Elcthyia inter Ombos et Thebas sita respondet decuriae ♃ in ♁. Plinius (II. c. 101.) tradit, *Lunae sidus partum adiuuare*. Accedit, quod veteres felem dicunt ♃ repraesentare. Plutarchus (Is. 376.), *felis*, inquit, *Lunam repraesentat*. Hinc fabula de 28 catulis a fele per singulos menses editis. Feles vero Bubasti, quae ♀ est domus, cultae fuerunt. Quare Bubastis sane ♀, hinc ♃ in ♁ significare debuit. Intelligendum esse Nouilunium in ♁, ex eo sequitur, quod Nouilunii maxima vis putabatur. Tradit Porphyrius (Euseb. P. L. III. XI.), *partui Dianam praeesse, quod nouilunio vis quaedam insit, quae pariendi facilitatem adferat*. Adde Horatium de ♃ noua canentem: *rite crescentem face noctilucam, prosperam frugum, celeremque pronos voluere menses*. Quod attinet imagines Bubastis, clarum est, quum feles ei sacrae fuerint, atque animalibus sacris suis

deorum idola exprimerentur; Bubastis statuas felineas fuisse. Reapse Heliopoli fuit statua, felis speciem prae se ferens (Hierogl. Horapoll. I. 10.).

Buto, *Βοῦτω*, ἥ atque Δ in ἥ domiciliis, maxime in ζ significat. Herodotus (II. 156.) testatur, Buto siue Leto, Latonam, e numero septem Cabyrorum siue planetarum esse. Ergo Buto planeta quidam. Quum planetae domicilia habeant in signis Zodiaci singulis; sequitur Buto etiam illud signum significare, cui Buto planeta praeest. Iam regio Buti respondet ζ, cui ἥ praeest; ergo Buto ad ἥ spectat. En alia argumenta. Narrat Herodotus (l. c.), Isidem Horum, cum peperisset, Butoni (Latonae) tradidisse. Horus vero in lucem dicitur editus ab Iside sub solstitium hibernum, quod cadit in ζ 0°. Ergo Buto ἥ significat dominum in ζ. Reuera ἥ praeses ζ femineus putabatur (Tab. I.). Teste Hesychio (s. h. v.), Buto significat sepulcrum, et recte quidem *Buto* deriuatur a ΒΗ *sepulcrum*, ΒΗΟΥΤ *sepulcrum*. Sepulcralia vero ἥ propria (I. §. 49. p. 59.). Ex quo colligitur, nomen Latonae esse Butonis translationem, quum eadem esset persona. Stephanus (s. h. v.), *Butus*, inquit, *urbis Aegyptiace vocatur Buto, vnde etiam Latona (Λητω) ab Aegyptiis vocatur Buto (Βοῦτω)*. Latona vero, vt in vulgus constat, dicitur ab *obliuiscendo*, ληθεν (Euseb. P. E. III. 11.), et *abscondendo* (ὄβ), quae notiones sunt eadem in Buto (ΒΗΟΥΤ). Et quidem Orcus, Lethe, absconsio, tenebrae conueniunt ἥ omnino. Tradunt etiam, Butoni sacrum fuisse murem araneum (Plutarch. Sym. IV. Q. V. p. 670.). *Murem araneum (μυγαλην)*, inquit, *diuinos honores reperisse apud Aegyptios, aiunt, eo, quod caecus sit. Nam tenebras luce priores censent*. Sic idem (Fest. Daedal. Euseb. P. E. III. 1.); *Latona*, inquit, *est nox*. Tenebrae vero ἥ adscribuntur (I. §. 47. p. 59. et supra Athor). Murem araneum Buti cultum eiusque morsum letalem fuisse, testatur Herodotus (II. 67.). Iam vero animalia noxia erant ἥ sacra (I. §. 47. p. 59.), atque Butus pro ἥ prouincia habebatur. Praeterea diserte Antonius Liberalis (Fab. XXVIII.) testatur, Butonem (Latonam), vt effugeret Typhonem, se in murem araneum conuertisse. Denique Buto iis in nomis colebatur, quae ἥ decuriis respondent. Huc spectant Letopolis in prouincia (Ω) Memphitica (Stephan s. *Λητωσ π.* Joseph. Ant. II. 15. §. 1.), Latopolis in prouincia Memnonia (Χ), teste Strabone (XVII. p. 817.), quum latus piscis ad Latonam spectat; quibus in prouinciis ἥ sunt decuriae. Ipse Decanus ἥ in Χ vocatur *Biu*, *Abiu* (I. §. 17. p. 23.), quae multum similitudinis habent cum ΒΗ, ΒΗΟΥ, *sepulcrum*, vnde *Butonis* nomen. Quammis vero certum sit, Buto proprie ad ἥ planetam, hinc ad ἥ domum ζ aliasque Zodiaci partes spectare; negari tamen nequit, Butonis nomine etiam Δ exprimi, quippe nouam in ζ versantem. Quod primum, licet subobscure, tradit Plutarchus (Is. p. 366.). *Murem*, inquit, *araneum aiunt nasci in nouilunio e muribus quinta generatione* (al. ex niure et mustela), *atque iecur eius minui, quando Lunae lumen deficit*. Habes itaque Butonem cum Luna affinem. Porro nutrix Horii alias ipsa Isis (Δ) vocatur, vt apud Plutarchum (l. c.). *Rursus*, inquit, *vbi Osirin Isis recepit et Horum nutrit ac educat, crescentem ac roborantem et nebulis et nubibus, superatus quidem, non tamen interfectus est Typhon*. Denique ipsi Isidi adscribitur adauctio Nili, nimirum tempore nouilunii post solstitium hibernum, vti constat (Lucian T. I. p. 124. Sal., Seruius ad Virg. Aen. VII. 696. Lutat. Sch. ad Stat. Theb. I. 265. praecipue Pausan. Phoc. p. 881.). Quae fabula non differt ab ea, qua Isis Horum, iuuenem Osiridem seu Nilum, nutriuisse dicitur. Ex quo clarum est, etiam Δ in ἥ dominiis, certe in ζ versantem, dici Buto vel Latonam. Quod

denique imagines huius deae attinet, puto Latonam esse eam, quae in monumentis Aegyptiacis saepenumero reperitur infantem Horum lactans. Huc spectant symbola a mure araneo petita.

Esenephys, Ἐσενεφυς, ♀ femininum significare videtur. Reperitur hoc nomen in papyro Graeca Lugduni Bataurum asseruata, a Reuensio (Lettre à M. Letronne. 1830. p. 156.) descripta. Quo loco septem planetae septem versibus enumerantur ☉ ♂ ♃ ♄ ♀ ♁ ♃, et Esenephys dicitur ἡ καλομένη ἑα. Veri autem praeerat ♁ atque tum apud Graecos, tum apud Aegyptios habetur ♁ femininus (Tab. II. ππ), collata Hebe. Ceterum Ἐσενεφν constat ΗCF *Isis* et ΝΟΥΒ aurum vel ΝΟΥΦΕ (ΝΕΦΥ), vti Canopus (♁) ex ΧΩ-ΝΟΥΦΙ, vel ΝΟΥΒ.

Isis, Ἴσις, nunc ♃, nunc ♀, nec non ♃ in ♀ dominiis significat. Isidem ♃ quidem denotare, plane non opus est pluribus demonstrare. In vulgus enim hoc constat neque ab vlllo mythologo in dubium vocatum est, neque vnquam vocari poterit. Sexcentis enim in locis, iisque luculentissimis veteres disertissimis verbis testantur, ♃ apud Aegyptios vocari Isidem (Diodor. I. 10.). Videamus de Iside ♀. Primo quidem secundum astrologos ♃ et ♀ summa est affinitas, quare vtrumque astrum pari nomine, certo respectu habito, vocari sane poterat (I. §. 54. p. 68.). Iam Plinius (II. 8.) disertis verbis testatur planetam ♀ apud Aegyptios dici etiam Isidem. „Infra Solem, inquit, ambit ingens sidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsisque *cognominibus aemulum Solis et Lunae*. Praeueniens quippe et ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt Sol alter, diem maturans; contra ab occasu refulgens nuncupatur vesper vt prorogans lucem vicemque Lunae reddens. — Iam magnitudine extra cuncta alia sidera est; claritatis quidem tantae, vt vnus huius stellae radiis vmbrae reddantur. Itaque et in magno nominum ambitu est. Alii enim Iunonis, alii *Isidis*, alii matris deum appellauere. Huius natura cuncta generantur in terris.“ Adde locum explicantem Procli (Ptol. Quadr. II. p. 97.), quo de Syriae Phoeniciaeque populis haec traduntur. „Earum,“ inquit, „incolae fere vbique stellam Veneris (την ♀) quasi deorum matrem venerantur, variis nominibus inditis.“ Vtique astrologi ♀ omnem generationem adscribunt. Quemadmodum porro Iuno non differt ab Iside, ita Iuno est ♀ nomen. Hinc auctor libri *de Mundo* ait: ὁ του φωσφορου, ὃν δε Ἡρας προσαγορευουσι. Item Hyginus (Poet. ast. c. 42.); Quarta est stella Veneris, Lucifer nomine, quam nonnulli Iunonis esse dixerunt.“ Quum vero *Isis* ♀ significet, non mirum, ita appellari etiam signa Zodiaci ♀ subiecta. Diodorus atque Plutarchus (v. I. §. 34. p. 41.) quinque numinibus, quae cum septem prioribus planetis 12 signis Zodiaci praepositi fuerunt, adnumerat Isidem, quae quidem conuenit ♀ dominae ♁. Manetho vero in catalogo 7 planetarum seu Cabirorum commemorat Isidem cum Osiride. Ergo *Isis* his in locis significat ♀ dominam ♃ et ♁. Porro *Isis* apud Diodorum (I. p. 31.) de se haec profitetur: *ego sum, quae in astro caniculo oritur* (ἐγω εἰμι ἡ ἐν τῷ ἀστρῷ τῷ κωνι ἐπιτελλουσα). Canicula vero siue Sothis pertinet ad decuriam ♀ in ♓ signo (I. §. 17. p. 23.), quae quidem decuria ♀ ipsa vocatur Sothis, siue canicula. Ergo *Isidis* nomen non solum ♃, sed etiam ♀ planetam, ♀ dominam ♃ et ♁, saltem ♁, nec non ♀ dominam decuriarum significat. Adde verba Plutarchi certissima (Is. 359.): *Isidis stellam vocari a Graecis canem, ab Aegyptiis Sothin*, quod est ♀ nomen, Decani in ♄. Huc faciunt prouinciae et nomi, quibus Aegyptii Isidem coluerunt, veluti *Iseum* in ♃ prouincia (♄); *Naisi*, ΝΑ-ΗCΙ haud procul a Pusiri sita, nomus ♃ in ♃; *Isea* in Philaram insula et *Pemboles* vrbe; *Tentyrae* aliisque in locis habita, quae re-

spondent ♀ decuriis. Quum vero ☽ eorum planetarum nomina et virtutes assumat, in quorum dominiis versetur; clarum est, ☽ dici Isidem in ♀ signis, maxime in ♌, aliisque Zodiaci in partibus ♀ subiectis versantem. Et hanc ob causam Osiris et Isis constanter coniunguntur. Sic Manetho in catalogo deorum *Osiridem et Isidem vna regnasse* dicit. Sic et Osiridi et Isidi aratio omnisque res agraria adscribitur. Scilicet Osiris, ut vidimus, est ☉ in ♌, ergo Isis ☽ in ♌. Vtique Nilus arua relinquit, ita ut aratio incipere possit, quum ☉ et ☽ noua versantur in ♌. Isidem vero, maximam Aegyptiorum deam, ☽ in ♌ significasse, ex eo maxime elucet, quod maximum festum quotannis habebatur Bubasti, quae, ut vidimus, est ♀ domus ♌. Eandem vero Bubastin (πρωτο-βασι-†, *lunae vaccae progeniem*) multi interpretantur Isidem, siue Dianam, cuius symbolum luna falcata erat (Herod. II. 137. 138. 156.). Hinc Diodorus (I. p. 24.) tradit, *urbem Bubastin Isidi esse aedificatam*. Eadem vero Bubastis (♌) vocatur ἀγρία (Ioseph. An. XIII. 3. p. 638. Bel.), quod plane conuenit Isidi, quippe ☽ in ♌, rem agrariam instituenti. Et hinc haud dubie Isis dicitur Bubastis, quum noua est ☽ in ♌; Bubastis vero sensu strictiori significat ♀ dominam ♌. Ceterum a ♌ reapse deriuandum puto nomen Isidis. Isis (Ἥσις) enim constare videtur ex ἡ *domus* et ὡι *comparare, perpendere, statera*, vnde ΜΑΩι nomen ♌ est Aegyptiacum (I. §. 9. p. 16.). Hinc ἡ-Ωι vel ἡ-σις, quae saepissime confunduntur, significant *domum librae* h. e. dominam in ♌. Praeterea Isis multa alia numina significare videtur, nunc coelestia, nunc terrestria. Quemadmodum enim ☉, ita et ☽ aliis in Zodiaci partibus alia nomina assumit. Sicuti reliqui vero planetae, ita et ☽, et ♀ (vtraque enim Isis appellabatur), variis Zodiaci partibus praefuerunt, veluti ☽ semicirculo lunari. Idem valet de terrarum orbe, quem inter septem planetas dispersitum fuisse diximus. Hinc Plutarchus (Is. 366.) ait, *Aegyptios corpus Isidis terram putare, non vniuersam, sed quam Nilus foetam reddit*. Sic ☽ Isis cum Cerere comparari videtur, quum versatur in ☽ (Isidis) semicirculo, quo tempore fruges maturantur. Nam et Isidi et Cereri frugum maturatio adscribitur. Herodotus (II. 59. 137.), *est autem Isis, inquit, dea illa, quae a Graecis Ceres (Ἀρημῆτις) appellatur*. Huc facit locus Procli (Plat. Tim. I. p. 45.), quo dicit, *Aegyptios sphaeram lunarem vocare terram aetheream*. Itaque propter varios Isidis significatus, hanc deam veteres μνηστρονον dixerunt (Plut. Is. 372.) et (ibidem) *multiformem specie, ritu vario, nomine multiungo*. Quod denique imagines Isidis attinet, haec veteres tradunt. Eustathius (ad Dion. Per. p. 94.): *ibi vacca erat, imago Ionis vel Lunae*. Plutarchus (Is. 372.): *Isidem eandem cum Luna pronunciantes, etiam vtramque eadem imagine repraesentant, in qua cornua addita Lunae indicant illuminationes falcatas, nigrae autem vestes, occultationes eius et obumbrationes designant*. Plutarchus (Is. 368.): *Lunam mundi matrem appellabant, et naturam ex vtroque mixtam sexu ei assignabant*. Idem tradit Plutarchus (Is. p. 368.) de Luna atque Neitha. Seruius (Virg. Aen. L. VIII. v. 696.): *Isis est numen (δαίμων) Aegypti, quod per sistri motum, quod gerit in dextra, Nili accessus recessusque significat: per sitellam, quam sinistra manu retinet, ostendit affluentiam omnium lacunarum*. Adde, quod, quum Horus matri Isidi Typhonem liberanti, diadema detraxisset, Hermes fertur Isidi caput bouinum imposuisse. Itaque Isis (Horapoll. I. 3.) humana specie fingebatur, nunc capite bouino, nunc aliis insignibus, sistro, situla, partibus vtriusque sexus genitalibus ornata. Iuuabit hoc loco commemorare, cur veteres haud dubie confuderint ☽ cum ♀ atque vtrumque astrum eodem nomine vocauerint. Scilicet

idem accidit ☉ et ♃, quoniam ♃ totidem annis percurrit Zodiacum, quot mensibus ☉. Iam vero ♀ ad eundem a ☉ locum redit totidem circiter septimanis, quot diebus mensis solaris constat, nimirum 30. Huc accedit simillimus ♃ et ♀ splendor.

Mene, Μηνη, ♃ significat. Quum Luna putaretur masculo-feminina (Plut. Is. 368.); inde explicandum videtur, quod ♃ alias Μην, alias Μηνη vocatur. Hinc nomina masculo-feminina regis Aegyptiorum prini atque deae Mensis (Orph. LX. [8.] v.4., XLII. [41.] v.4). Quum vero numina signis praeposita a planetis dicerentur; Mene etiam ♃, cui praest ♃, vocari videtur. Hinc, cum ♃ in singulis signis nomina numinum singulis signis praepositorum assumat; Mene etiam ♃ in signo ♃, i. e. ♃ significare videtur. Certe Mene plerumque pro mensi habetur, menses vero periodi canicularis a ♃, in ♃ domina constituta, incipiunt. Porphyrius (Ann. Nymph. p. 264. Cant.), *Aegyptiis*, inquit, *initium anni non Aquarius est, ut Romanis, sed Cancer. Prope Cancrum autem est Sothis, quam Graeci canis stellam dicunt. Et prima mensis dies ipsis est Sotheos ortus, qui generationis mundi ducit initium.* Quum deae feminea figura fingerentur, lunae vero figura ♃ exprimeret (Clemens A. Strom. V. 555.); videtur Mene symbolis Lunae propriis expressa fuisse.

Menuthis, Μενουθις, ♀ cognomen esse videtur. Dicitur enim Menuthis, quam Eumenuthin Epiphanius appellat, vxor Canobi, vna cum Menelao e bello Troiano reducis, apud Canobi urbem cum marito interfecta atque post mortem in vrbe Menuthi haud procul ab Alexandria culta fuisse (Epiph. Op. T. II. p. 109. Pet.). Vidimus autem, Canobum significare haud dubie ♀, Menelaum ☉, accessum navis Menelai ad extremam Aegypti partem vero cursum ☉ annum, praesertim ☉ accessum ad solstitium hibernum. Sub solstitium quidem hibernum interfici dicitur ☉ cum comitibus suis, qui sane sunt ♀ et ♀. Ergo, ut Canobus ♀, ita Menuthis ♀ significare videtur. Quemadmodum ♀, ita et Menuthis masculino genere habetur, ut Menuthis vir apud Georgium (Frag. Ioh. Theb. Praefat. p. XXVII). Deinde cum Menuthis vicus fuerit, respondet Horio ♀, atque sita fuit versus occidentem a Canobo haud procul ab Alexandria (*duodecimo ab vrbe lapide prope litus*). Vtique ordo Horiorum in ♃, ad quem Canobus et Menuthis pertinent, hic est: ♀ ♃ ♀ (Tab. I. $\overline{\text{m}}$). Ceterum, quum Menuthis deriuatur a ΜΗ-ΝΟΥ† *amans Iouem*, vel *Deum*, haec sane virtus (religio) ♀ adscribitur (I. §. 51. p. 64.).

Methuer, Μεθυεο, ♀ significare videtur, aut ♃ in ♀ dominiis. Plutarchus (Is. 374.) *Isidem*, inquit, *aliquando Methuer cognominant, quod nomen compactum est ex pleno et causali (ἐκ τε του πληρους και του αιτιου)*. Isidem quidem et ♀, et ♃ significare, supra vidimus. Methuer vero secundum Plutarchum constat verbis ΜΕΖ *plenitudo*, vel ΜΕΖΤ *plenum*, atque ΒΙΡ, ΒΕΡΕ, ΟΥΗΡ, *facere, proficere, nouus, ver*. Quemadmodum ☉ in signis vernis, praecipue in ♃ vocatur Arueris, ωρ-ΟΥΗΡ, *Horus vernus*, ita et ♃ in vernis signis praesertim in ♃ Methuer ΜΕΖΤ-ΟΥΗΡ *plenitudo veris* vel *verna* appellari poterat. Certe Isis, tum ♃, tum ♀, rerum omnium genitrix et origo habebatur (I. §. 51. 53. p. 64. 66. Iablons. Panth. L. III. p. 21.).

Muth, Μουθ, ♀ aut ♃ cognomen. Tradit enim Plutarchus (Is. 374.), *Isidem dici nonnunquam Muth, quae vox matrem designet*. Vtique ΜΑΥ, vel ΜΑΥΤ *nutrientem, matrem* designat. Forte Muth deriuandum est a ΜΑΥ-ΘΟ *mater terra*, quo facto Muth non differt ab Iside terrae

domina (Plutarch. Is. p. 372). *Isis, inquit, est ea naturae pars, quae quasi foeminea, omnes in se recipit ortus tanquam nutritrix.* Certe hanc vim ☽ maxime exserit in ♃, ♀ domo, quod signum est ☽ Hypsoma (I. §. 46. p. 56. VIII.). Quum vero ex loco Plutarchi eluceat, Isidem Methuer differre ab Iside Muth, atque in vocabulo Muth lateat notio pariendi, quumque seminatio incipiat, ☉ cum ☽ in ♌ versante; non improbable est, Muth primum quidem ♀ domus ♌, hinc ☽ in ♌ significare.

Neith, Νηιθ, Νηιθ, Νηιθ, ♂, hinc ☽ in ♍ significant. Testatur Proclus (Platon. Tim. p. 30.), Neitham esse belli patronam (*γίλοπολεμιον*). Bellum vero soli ♂ planetae proprium et peculiare (I. §. 49. p. 61.). Porro vulgo notum est, Mineruam et Neitham a veteribus eandem dici (Iablonsk. Panth. L. I. p. 53. ss.). Minerua vero, ut nemo nescit, belli dea armata fingebatur, et armata e Iouis capite i. e. Zodiaci capite (♈), prodiisse dicebatur. Ex quo sequitur sane, Neitham esse ♂ eumque femininum. Reapse ♂ dominus ♍ est femininus. Quum Neitha vero ♂ planetam valeat; non mirum, eam et ♂ domicilia ♈ et ♍ significare. Et hoc innuunt veteres, quum Neitham dicunt Nili filiam (Zodiaci signum). [Vid. Cic. N. D. III. 23. Arnob. p. 135. 137. Ampelin. Lib. memor. c. 9.] *Secunda Minerua, ait Cicero, orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt.* Neminem fugit, Neitham cultam fuisse in provincia Saitica, quae quidem respondet ♍ signo, domicilio ♂ planetae. Hinc illa dicitur dea Saitica, et Sais ipsa (Iablons. Panth. L. I. p. 54.). Hinc militum Aegyptiorum sedes erant circa Sain (Her. II. 165), pariter atque Athenis militum turmae habebantur. Nam ♂ sunt milites atque omnis militia. Hinc Neith vocatur etiam *Neitētis (Νειτητις)* i. e. ΝΗΙΘ-†† *Neith pugnatrix* (Athen. XIII. 560). Hinc non nisi Thebis et Sai colebatur ouis, quippe ♂ sacer (Strabo XVII. p. 559.). Iam hinc sequitur, etiam ♈ ad Neitham spectare. Sane ♈ altera ♂ domus. Proclus (Plat. Tim. p. 30), *inter signa Zodiaci, inquit, aries (♈) deae huic (Neithae) consecratus est, et ipse circulus aequinoctialis, ideoque cum primis virtus constituta est, quae cuncta mouet.* Huc spectat explicatio nominis Neith apud Plutarchum (Is. 376). Dicit, nomen *Neith significare: veni a me ipso, quo significetur, eam a se ipsa moueri.* Sane ΝΗΙ valet *venire* et † *ego ipsa*; atque ♈, duci et motori Zodiaci, quem ideo cum ariete, gregum duce, compararunt, conuenit tale quid secundum cosmologiam Aegyptiacam. Ceterum nouimus ex Proclo (Plat. Tim. I. p. 30.), Neitham etiam significare alia ♂ dominia, ut circulum aequinoctialem et aërem (Horap. I. 41.), vnde caeruleis oculis pingebatur (*γλαυκωπις*). Quamuis vero negari non possit, Neitham primum ♂ planetam, hinc ♂ domicilia (♈, maxime ♍) significare; clarum est, etiam ☽ in ♂ signis, certe in ♍ constitutam hoc nomine appellari. Nouimus enim, ☽ in aliis signis alia nomina assumere. Hinc Plutarchus (Is. 354.) tradit, Neith et Isidem eandem deam esse. *Quod Sai est, inquit, Mineruae, quam eandem cum Iside arbitrantur, fanum, hanc habet inscriptionem: Ego sum omne, quod exstitit, est, et erit.* Quae sane Isidi, ut omnium matri et genetrici conueniunt. Isis vero, in quo omnes consentiunt, in vniuersum quidem ☽ est. Porro scarabaeus Mineruae sacer fuit, ut Horapollo testatur (I. c. 12.). *Mineruae, inquit, appingunt scarabaeum, Vulcano vero vulturem, quod hi soli ex diis apud ipsos mares sint simul ac feminae.* Scarabaeus vero, de quo infra, ☽ est symbolum. Quod denique simulacra Neith attinet, haec veteres tradunt. Eustathius (II. A. p. 31. Rom.): *Omnium prima mulier quaedam Aegyptia sedens texuit, vnde et Aegyptii si-*

mulacrum Mineruae (Neith) sedentis texuerunt. Horapollo (I. 12.) tradit, eandem esse *masculo-feminam* eique scarabaeum appingi.

Nephtys, Νεφθυς, ♃ significat, ♃ domicilia, maxime ♃, nec non ♃ in ♃ dominiis versantem. Vidimus enim (I. §. 34. p. 41.), Plutarchum Nephtyn inter ea numina numerare, quae cum septem maioribus 12 signa Zodiaci occuparint; eamque ultimo loco ponit, quo Diodorus Venerem (Vraniam) commemorat. Ergo Nephtys, quum reliqua planetis ♃ ♀ ♂ ♃ conueniant, ♃ domum significat. Porro nouimus, deum octauum ♃ respondere, cui signo conuenit Nomus Memphi proximus inferior. Ergo Nephtyos prouincia cadit in domum ♃ ultimam septentrionalem, siue in ♃, cuius capitalis est Alexandria seu Racoti. Reapse signo ♃ praeest ♃ femininus, ♃♃ ♃ masculinus. Quae argumentatio aliis etiam argumentis confirmatur. Nam Nephtys dicitur vxor et soror Typhonis siue ♃ (Plutarch. Is. 355. 366.), ac si dicatur, ♃♃ signum masculinum significare Typhonem, ♃ vero Typhonem femininum, seu ♃ sororem et vxorem. Porro Diodorus (I. p. 13.) pro Nephty nominat Venerem. Quum vero Diodorus in reliquis nominibus consentiat cum Plutarcho; sequitur, eum in mente habuisse alteram Venerem maximam, nimirum Vraniam, siue coelestem. Id ipsum vero nomen Nephtys exprimit. Nam ΝΑ-ΦΕ†, vel per metathesin ΝΑ-†ΦΕ *versus coelum, attinens coelum*, Vraniam valet. Constat vero, ♃ supremam sphaeram seu septimum coelum, vel coelum ipsum, in quo stellae fixae apparent, propria fuisse (I. §. 47. p. 60.). Reuera Aegyptiorum in Zodiacis reperiuntur mulierum figurae ad instar coeli inflexae stellulis vndique adornatae, quibus literae ΝΤΠ, hoc est *Netpi* vel *Nephtis* adscriptae sunt (conf. T. II. 3. ♃). Huc facit luculentissimus Plutarchi locus (Is. 355.). *Nephtyn*, inquit, *appellant extremas terrae (Aegyptiacae) partes, quae eam terminant, mare vero attingunt, ideoque eam ultimam nominant et Typhonis vxorem dicunt.* Idem alias (p. 375.) testatur, Typhonem (♃) των λεχατων ἀπεσθαι. Iam vero quam Aegypti partem veteres ultimam dixerint, apparet ex Dionysio Periegeta, qui Canobi urbem canit *maxime boreali Aegypti recessu* sitam (v. supra Canob.). Ibidem vero ♃ est prouincia. Ergo Nephtys maxime quidem, quod negari nequit, planetam ♃, dominum ♃, significat. Iam vero Nephtyos nomine non solum signum ♃, sed aliae etiam mundi partes appellantur, quibus ♃ planeta praeest; ex quo consequitur, Nephtyn ♃ etiam in vniuersum significare. Plutarchus (Is. 368.): *Nephtys*, inquit, *est id, quod infra terram situm non cernitur; Isis, quod supra terram manifestum extat.* Et supra vidimus, Nephtyn dici coelum, in quo stellae appareant. Quum vero mundus, vt Eusebius ait, non inter signa Zodiaci, sed inter septem planetas cosmocratoras, diuisus fuerit; clarum est, nomen Nephtyos demum ad ♃ planetam referendum esse. Vtique Infernum pariter atque septima sphaera vltima ♃ planetae sunt propria. Hinc Plutarchus (Is. p. 459. Wytt.) narrat, Osiridem, postquam Isidi (Hemisphaerio superiori) ereptus esset, versari cum Nephty (Hemisphaerio inferiori, ♃ proprio). Hinc etiam Isidem (♃) et Nephtyn (♃) Plutarchus (Is. 368.) dicit sibi inuicem opponi. Altera enim primam, altera vltimam sphaeram, nec non primum (♃) vltimumque (♃) planetam significant ex ratione Aegyptiaca, secundum quam hic est planetarum ordo ♃ ♃ ♀ ⊙ ♂ ♃ ♃. Quod etiam aliud nomen Nephtyos scilicet Σνεφθυς innuit, siue deriuetur a υπ vltio, Νεμεις, ♃ cognomine, siue a CE filius (Epiphani. adv. Haer. p. 1093. fin.); vtrumque ♃ planetam Nephtyn attinet. Adde, quod teste Plutarcho (p. 355.), ipsa Nephtys nuncupabatur Venus (Vrania) h. e. Rhea, ♃ femininus.

Denique et hoc certum, Nephthyn significare \mathfrak{D} in \mathfrak{h} dominiis, certe in \mathfrak{Z} versantem. Huc spectat, quod Osiris traditur inscius cum Nephthy (\mathfrak{D}) congressus esse. Quo e congressu Anubis natus sit, Isidi valde carus. Alias vero Isidi (\mathfrak{D}) progeneratio Deorum omnium adscribitur, alias Rheae, i. e. \mathfrak{D} in \mathfrak{h} dominiis. Porro in sistris, quae \mathfrak{D} sunt sacra, vt infra videbimus, nunc caput Isidis (\mathfrak{D}) nunc Nephthys (\mathfrak{D} in \mathfrak{Z}) effingebatur (Plutarch. Is. 376.). Quod denique imagines Nephthys attinet, paucissima de ea apud veteres reperiuntur. Narrat Plutarchus (Is. 356.), *Isidem cognovisse Osiridis cum Nephthy congressionem ex corona melilotina, quam forte apud Nephthyn Osiris reliquerat.* Idem (p. 366.) tradit, Typhonem Osiridis cum Nephthy coitum cognovisse ex stirpibus germinantibus et meliloto relictis. Itaque, in simulacris Nephthys loti aliquid fuisse, vero simile est.

Satis, $\Sigma\alpha\tau\iota\varsigma$, \mathfrak{h} significat, hinc forte \mathfrak{C} in \mathfrak{h} dominiis, maxime \mathfrak{z} . Inscriptio graeca in insula Bacchi reperta (Letronne Rech. p. 346.) haec habet: $\Sigma\alpha\tau\iota\ \tau\eta\ \kappa\alpha\iota\ \text{'}\text{H}\rho\alpha$. Ergo Iuno non differt a Sati. Iam Manilius (Astron. p. 170. Bas.) ad \mathfrak{S} , domum \mathfrak{D} , refert Cyllenium, ad \mathfrak{Z} Vestam, ad \mathfrak{z} Iunonem, quare Iuno \mathfrak{h} , dominum signi \mathfrak{z} , significet necesse est. Huc facit, quod, teste Horapolline (I. c. 11.), hemisphaerium superius Mineruae (σ), inferius Iunoni (\mathfrak{h}) propria fuerunt. Hibernum enim hemisphaerium non potest non ad \mathfrak{h} referri frigidum (p. 58.). Porro veteres Aegyptiorum Athor, quae est \mathfrak{h} femininus, plerumque Iunonem interpretantur (Jablonsk. Panth. I. p. 6.). Hinc Iuno saepenumero non differt a Rhea, Proserpina et Latona apud Graecos (Kreuzer Symb. II. 568. al.), hinc appellatur *ρυζία*, vt Athor (\mathfrak{h}). Quum vero Satis \mathfrak{h} domum significat, non eget demonstratione, etiam \mathfrak{D} sic nuncupari, quamdiu in illo \mathfrak{h} signo commoretur. At vero negari nequit, Iunonem etiam \mathfrak{D} et \mathfrak{f} significare (Plotin. p. 298.). Quod quidem hoc etiam in loco tenendum videtur. Quum enim inscriptio dicta commemoret Iouem Ammonem (\odot), Iunonem, Vestam (\mathfrak{h}), Bacchum (\mathfrak{z}), Saturnum (\mathfrak{h}) et Mercurium (\mathfrak{z}), non satis intelligeretur, cur \mathfrak{h} , quum ad Iunonem etiam traheretur, triplici forma illo in loco cultus fuerit. Ceterum Satis nomen maxime affine est Sothi, h. e. \mathfrak{f} , de qua statim plura. Duplex quidem \mathfrak{h} forma illa inscriptione commemorata (Vesta et Kronos) spectare videtur ad \mathfrak{h} dominum et signi, et trigoni in \mathfrak{z} .

Sothis, $\Sigma\omega\theta\iota\varsigma$, \mathfrak{f} significat. *Aegyptii*, inquit Damascius (Vit. Isidor. Phot. Bib. C. CCXLII. p. 1043.), *Sothin Isin esse asserunt; Graeci hanc ad Sirium Stellam referunt.* Apud Diodorum (I. p. 24.) Isis de se loquitur, *ego sum, quae in canis sidere oritur.* Horapollo (I. §. 3.): *Est apud Aegyptios Isis sidus, quod Aegyptio quidem nomine Sothis, Graeco vero Astrocyon dicitur.* Plutarchus (Is. 359.): *Canis sidus Isidi sacrum Aegyptii censent.* Idem (Is. 376.) ait, *Aegyptios aestimare, Sidus caniculae esse Isidi proprium.* Theon (Schol. in Arat. p. 22. Oxon.): *Canis ortus circa horam vndecimam apparet. Ibi Aegyptii initium ponunt anni et canem eiusque ortum sacrum volunt Isidi.* Huc accedit, quod decanus primus in \mathfrak{S} reuera Sothis vocatur, quae quidem decuria \mathfrak{f} est (I. §. 17. p. 23.). Itaque his ex locis luculenter apparet: 1) Sothin esse Isidis cognomen; 2) Sothin appellari Sidus Canis; 3) Sothin esse \mathfrak{f} decuriam in \mathfrak{S} . Quum vero Isis et \mathfrak{D} , et \mathfrak{f} significet, quumque nomina decanorum spectent ad eos, quibus subiecti sunt, planetas; sequitur, Sothin primo quidem \mathfrak{f} decanum, hinc vero \mathfrak{f} planetam exprimere. Ceterum puto, Sothin etiam dici de \mathfrak{D} in decuria \mathfrak{f} , vel in \mathfrak{S} initio versante. Nimirum traditur a Diodoro (I. p. 24.), *Isidem esse, quae in canis sidere oriatur.* Quod referri potest etiam ad \mathfrak{D}

in decuria ♀, Sothis appellata, orientem, eamque nouum annum incipientem. Constat enim ex Horapolline (I. 3.), Isidem significare annum. *Annum, inquit, demonstrare volentes, Isin, h. e. feminam pingunt, quo etiam signo Deam pingunt. Est autem apud eos Isis sidus, quod Aegyptio quidem nomine Sothis, Graeco vero Astrocyon dicitur.* Anni quidem Aegyptiaci initium erat, oriente canicula (Theophil. ap. Gaulmin. vita Mosis I. 10.). Quod non solum valuisse videtur de anno Aegyptiorum astronomico, verum etiam de magno, seu de periodo Sothica, quin imo de maximo anno, inde a creatione mundi vsque ad eius interitum (ἀποκαταστασιν) durante. Hinc Porphyrius (Antr. Nymph. p. 264. Cant.), *Aegyptiis, inquit, initium anni non aquarestus est, ut Romanis, sed cancer. Prope cancerum vero est Sothis; et prima mensis dies ipsis est Sotheos ortus, qui generationis mundi ducit initium.* Aeneas Gazaens (Bibl. M. Patr. Par. XII. p. 647.): *Propheetae Aegyptiorum, initium rerum omnium indicaturi, cancro mundi conditi tempus adscribunt.* Macrobius (Somn. Scip. c. XXI.): *Aiunt Aegyptii, in hac genitura mundi — horam fuisse mundi nascentis, cancro gestante Lunam.* Hunc vero ♃ locum in ☊, nascente mundo, accuratissime describunt astrologi (Firmicus L. III. cap. 1. p. 46.). Scilicet, Anubide teste, tum temporis ♃ in gradu 15 ☊ versabatur. Quum igitur recolligimus, Sothin vocari Isidem, et annum exprimi Isidis figura, et annum nouum incipere ♃ in ☊ versante; haud improbabile, Sothin etiam ♃ in ☊, vel in decuria ♀ in ☊ versantem significare. Huc facit nomen Sothi (Σωθι), quod Plutarchus (Is. 375.) significare dicit grauiditatem et vtero gestare (χρησιν ἢ το χυειν). Reapse θι-ο†, θι-ω† est *capere*, vel *gestare vtero*. Sic et statio lunae, a stella quadam canicula in ♀ dicta, appellatur θι-ω† i. e. Sothis vel Canicula (I. §. 16. p. 22. n. 19.). Inter planetas vero ♃ omnium rerum generatio adscribitur. De imagine Sotheos ex Horapolline (I. c.) id saltem constat, eam habitu femineo expressam fuisse.

Thermuthis, Θερμουθις, ♂ significat femininum, nec non ♃ in ♂ domiciliis. Scilicet Thermuthis dicitur et serpens mortifera, et Dea terribilis. Epiphanius (adu. Haeres. III. 1093.), *Aegyptiorum, inquit, alii quidem Tithramboni, quam Hecaten interpretantur, alii vero Nephthy et alii Thermuthi initiuntur.* Aelianus (X. c. 31.): *Aspidis genus vnum Thermuthin Aegyptii nominant. Hanc sacram esse aiunt et summa religione colunt.* Idem (VI. c. 38.) hanc serpentem dicit *inuicto veneno esse, quoniam amplius quatuor horis, quos momorderit, viuere non possint.* Consentit Ouidius (Amor. El. XIII.), quum de ea haec canit; *plenaque somniferi serpens peregrina veneni.* Quum vero ex his locis clarum sit, Thermuthin esse Deam mortiferam, vt Tithrambonem, Hecaten, Nephthyn; sequitur eam non nisi aut ad ♃ aut ad ♂ referri debere. Nam solius ♃ et ♂ sunt numina noxia vel mortifera (I. §. 46. I. p. 56.). Huc facit nomen Thermuthis, θ-εϖ-μωουτ, *quae affert mortem.* At mors repentina soli ♂ adscribitur (I. §. 49. p. 62.). Porro soli ♂ serpentes mortiferae sacrae sunt (I. §. 49. p. 62. No. 5.). Deinde est Nili alueus nunc *thermuthiacus*, nunc *pharmuthiacus* (φ-εϖ-μωουτ, *qui affert mortem*) dictus, qui haud procul a Sai prouinciam ♂ percurrit. Denique mensis Aegyptiorum octauus audit φ-αρ-μοϖθι (φ-εϖ-μωουτ *mortifer*), qui quidem respondet ♃, alteri ♂ domicilio. Pluribus non opus est ad intelligendum, Thermuthin spectare ad ♂. Quamuis vero ex his clarum sit, Thermuthin significare primum quidem ♂ planetam femininum, hinc ♂ domicilia, nempe ♃ et ♀; negari tamen nequit, Thermuthin etiam ♃, nimirum nouam, in ♂ signis, maxime in ♀, versantem, valere.

Etenim ♀ domus ♂ est feminini. Tradit Aelianus (X. c. 31.), Thermuthin serpentem *summa religione coli eaque Isidis simulacra, tamquam regis quodam diademate coronari*. Habes itaque Isidem ♀ proprietates ♂ assumentem, quod, vti vidimus, accidit, quum in ♂ domiciliis versetur. Adde loca Ouidii (Amor. II. e. XIII. Met. IX. v. 687.), quibus de Iside canit: *Per tua sinistra precor — sic tua sacra pius semper Osiris amet pigraque labantur circa donaria serpens: Inerant (Isidis) lunaria fronti cornua — et regale decus — plenaque somniferi serpens peregrina veneni*. At ne putes, hanc serpentem in capite Isidis merum esse huius deae ornamentum. Horapollo (I. 1.) docet, serpentes, quae plerumque deorum capitibus imponantur, eas esse ab illa, Thermuthi appellata, diuersas, quippe innoxias et immortales. *Ceterum, inquit, Vbaeus (s. Vraeus), cum tria serpentum genera, solum hoc ex omnibus immortale est, caetera mortalia. Vnde merito deorum capitibus inseritur*. Denique Aelianus (X. c. 31.) diserte testatur, *dici Isidem, aspidem eam (Thermuthin) sceleratissimis hominibus immittere, vt iustitiae perspicacissimae symbolum*. Ergo ♀ noua in ♂ possessionibus appellatur Thermuthis. De huius deae imaginibus id saltem ex locis allatis clarum est, eas fuisse figurae feminae, aspide seu Thermuthis specie in capite ornatae.

Thueris, Θουρησις, ad ♄ referri debet. Plutarchus (Is. 358.) solus hanc deam commemorat, dicens: *Narrant, subinde pluribus ad Horum transeuntibus, pellicem quoque Typhonis, nomine Thueris, ad eum se contulisse, et anguem, qui eam prosequeretur, ab Horo dissectum interemtumque fuisse; ideoque adhuc funiculum in medio proiici et conscindi*. Quemadmodum vero Nephthys (siue ♃) vxor ♃, ita et Thueris (siue ♃) pellex eiusdem dici poterat. Porro quod dii Typhonis partes reliquisse et ad Horum transiisse dicuntur, id spectat ad signa Zodiaci proxima post solstitium hibernum. Pugna enim Hori cum Typhone significat Solem ex hiberno solstitio (♃ 0°) prodeuntem atque contra frigus (♃ et ♃) pugnantem. Quum Typhon superaretur, non mirum est, dominam ♃ a Typhone defecisse ad Horum, i. e. eam ☉ verni vires auxisse. Huc facit nomen *Θουρησις* i. e. ΘΗΟΥΡΗ, *ventus meridionalis*. Vtique ΘΟΥΡΗC Austrum significat. Regio vero Aegypti maxime australis est prouincia ♃, signo ♃ respondens. Quum res naturales eorum assumant deorum nomina, quibus illae subiectae sint; hinc et Thueris primum quidem ♃ planetam, hinc dominum in ♃, hinc ventum a ♃ terrestri prouenientem significare potuit.

Tithrambo, Τιθραμβω, ♃ significat, nec non ♃ in ♃ dominiis. Primum enim Tithrambo non differt ab Hecate, et Brimo, et Proserpina. Epiphanius (adu. Haer. III. p. 1093.) tradit, *Aegyptiorum alios quidem Tithramboni, quam Hecaten interpretantur, alios Nephthy, alios Thermuthi initiari*. Ad Lycophronis (Cass. v. 1176.) verba Βριμω τρομορορος haec Tzetzes addit: *Brimo eadem est, quae et Hecate dicitur. Etiam nomine eodem Proserpinam compellant. Videtur vero haec et Hecate vna eademque esse*. Iam vero de his numinibus mala quaeque et perniciosa praedicantur, quae non nisi malorum principi ♃ conuenire possunt. Apuleius (Met. XI.): *Sive tu Ceres — seu nocturnis vlulatibus horrenda Proserpina*. Virgilius (Aen. IV. 609.): *Nocturnisque Hecate triuivis vlulatu per vrbes et dirae vltrices*. Seruins (ad h. l.): *Hecaten autem invocat causa vltionis. Vnde et Furias vocat*. Vltio quidem ♃ est propria, vnde et Νεμεσις vulgo vocabatur (I. §. 4. p. 12.). Porro Tithrambo constat vocabulis †-ΘΡΕ-ΝΙΒΩ. Significat autem ΝΙΒΩ, vel, addito Ν prosthetico, ΝΙΒΩΝ *iram, vltionem*, vnde Tithrambo est, *quae agit iram*, siue Νεμεσις, ergo ♃ planeta. Deinde ΝΙΒΩ est nomen vrbs Ombos, quae, capitalis pro-

§. 10.

Animalium quadrupedum significatus.

Quum in superioribus dictum sit de symbolis numinum astronomicorum phoneticis, nimirum de variis Deorum Dearumque nominibus nunc ad planetas, nunc ad Zodiacum spectantibus, nec non de simulacris, quibus numina Aegyptiaca effingantur; superest videre de viuis Deorum imaginibus, nempe de animalibus, vegetabilibus aliisque rebus, quibus tum planetae, cum variae Zodiaci partes exprimerentur. Qua quidem in disquisitione tribus potissimum auxiliis adiuuabimur. Primo enim veteres ipsi indicant, quibus planetis certa animalia, vegetabilia aliaeque res sint consecrata, aut quibus saltem diis. A diis vero, quorum relatio ad planetas cognita fuit, ad planetas concludere licet. Deinde, quum omnes ac singulae res naturales a planetis profectae crederentur, quippe iis, quorum similis esset ratio; saepenumero ex indole et natura animalium et vegetabilium intelligi poterit, quosnam ad planetas illa spectent. Denique, quum res Aegyptiorum sacrae symbola planetarum et *μικροματα θεων* (Porph. Abstin. IV. p. 372.) valerent atque iis in locis haberentur, quae certis Zodiaci partibus responderent; saepenumero ex patria rerum sacrarum intelligitur, quibusnam planetis conueniant singula. Ceterum praemonere licet, in animalibus sacris definiendis discernendum esse inter masculina et feminina. Sic catus aliud significat, quam felis.

I. *Quadrupeda lactantia.*

Aper, *συναγρος*, *καπρος*, *πῑρ*, *ἡ* symbolum. *Aper* enim genere non differt a *sue*, quem diserte veteres, vt infra videbimus, *ἡ* adscribunt. Praeterea *aper* ad animalia noxia pertinet, quippe *ἡ* propria. Adde locum clarissimum Macrobiani (Sat. I. c. 21.). *Adonin*, inquit, *Solem esse non dubitatur. Ab apro autem* (*ἡ* Typhone) *tradunt intererunt Adonin* (☉), *hyemis* (*ἄ* et *ἄἄ*, *ἡ* domiciliorum) *imaginem in hoc animali fingentes.* Hinc in Zodiaco-Persico-Romano (Seel's Mystras Geheimnisse Tab. XIX.) *ἡ* dominus *ἄ* *apro* exprimitur. Ceterum Adonis ipse deus Aegyptius, siue natus in Aegypto dicitur (Isacius Tzet.). Tradit quidem Firmicus (Prof. Rel. p. 21. s.) esse Martem, qui formam apri subierit; at confundit haud dubie Martem Typhonium (p. 123.) cum Saturno ipso. Denique Typhon, aprum persecutus, corpus Osiridis inuenit (Plut. Is. 354.). Constat autem, animalia eorum deorum esse simulacra, cum quibus commercium habent.

Apis, taurus Memphiticus, symbolum *Δ*, de quo vide infra s. v. *Taurus*.

Aries, *Κριος*, *κριος* (*ζολκι*?) *♈* symbolum, nec non *♂*. Neminem fugit, arietem Ioui Ammoni (*♈*) sacrum fuisse: Iouem arietis caput sibi imposuisse, ne cerneretur ab Hercule (☉); arietem Thebis (in *♈* domicilio) cultum fuisse, eiusque generis alia; e quibus elucet, arietem ad Iouem, siue *♈* planetam spectare. Hinc et astrologi texturam lanae *♈* planetae adscribunt (I. §. 48. p. 60. no. 3.). Ceterum negari nequit, arietem etiam *♂* symbolum esse. Quemadmodum enim ovis culta fuit Thebis, ita quoque Sai et Athenis, vt Mineruae siue Neith symbolum, habebatur (Strabo XVII. p. 559. Clemens A. Strom. p. 25.). Sais vero est domus *♂* atque Neith *♂* femininum significat, vt vidimus (p. 136.). Hinc Aries (*Υ*) domum *♂* valet. Hinc et Indorum *♂* arietem insidens fingebatur, vt *♀* passeri (Kreuzer Symb. Tab. XXXI.). Huc spectant fabulae

Graecorum permultae, quas iam non opus explicare ad confirmandum id, quod diximus, arietem et ♃ et ♂ significare. Hue facit, quod teste Aeliano (XII. 40.), ovis Iunoni (♁) sacra in insula Samo fuit culta. Puto Samum dictum esse a Som, ΣΩΜ, Aegyptiorum Hercule. Maxima enim Samiorum dea Iuno erat. Offendit sane haec ambiguitas. At tenendum, facillime eiusmodi difficultates tolli potuisse. Scilicet quum Iupiter criocephalus (v. Amun p. 97.) et caeruleo, et rutilo colore pingeretur; aries caeruleus ad ♂, rutilus ad ♃ spectare videtur. His enim planetis conveniunt illi colores. Annotare liceat hoc loco, quid significet id, quod veteres dixerunt, agnum in Aegypto regnante Boccharo locutum esse. Scilicet agnus ille symbolum Iouis, cuius oracula in vulgus nota sunt, significat Iouem Ammonem primum vaticinantem. Idem valet de equo loquente apud Homerum atque de tauro aliquando vaticinante. Quare magnopere falli se passi sunt, qui eiusmodi fabulas pro miraculis vendiderunt.

Asinus, ὄνος, ΕΩ, ΙΩ, ♄ significat. Asinus Typhoni carissimus dicitur (Plut. Is. 362. Aelian. X. 28.), eiusque colorem Typhon prae se ferebat (ib. 363.). Astrologi asinum ♄ adscribunt (I. §. 47. p. 60.). Coptitae, quippe ☉ provinciam habitantes, praecipitabant quotannis asinum, inimicum nimirum Solis. Typhon asino vectus dicitur ex praelio contra Osiridem rediisse (Plut. Is. 363.). Teste Horapolline (p. 87.) mula significat sterilitatem, ♄ propriam (I. §. 47. p. 59. n. 5.) Non opus est pluribus.

Camelus, Καμηλος, ΧΑΜΟΥΛ, ☉ symbolum. Camelus enim maximo in honore erat apud Persas, atque sacerdotes habebant vestimenta pilis camelinis contexta. Credebant adeo, summum deum (☉) mutatum fuisse in Camelum (Brissonius de reg. Per. princ. p. 176. 497. 700.). Sacerdotes vero non solum apud Persas, sed Aegyptios quoque ☉ erant consecrati (Ptolem. Quad. L. I. p. 50. Bas.). Horapollo camelo adscribit (II. 100.) segnitiam, quae conuenit ☉, quum ♃, ♆ et ♀ comparatur, atque inflexionem gressus, quo alludit ad ☉ in hemisphaerium inferius flectentem. *Hic enim solus*, inquit, *ex omnibus animalibus crus inter eundem inflectit*. Ceterum Camelus ♂ aut ♄ aliquid habuisse videtur, quoniam prohibitum erat, eius carne vesci (Levit. XI. 4.).

Canis, Κων, ΟΥΖΩΡ, ♁ significat. Nam ♁ planetae adscripti sunt alatores canum omnis generis (I. §. 52. p. 65.). Porro Plutarchus (Is. 355.) testatur, canem Anubidi (♁) sacrum esse. Adde Horapollinem (I. 39.), quo loco dicit, canem significare *scribam valem, vespilionem*, quae quidem personae ♁ sacrae sunt (p. 65.). Ex Apuleio vero (II. p. 384.) sequitur, canem album ♁ praecedentem ☉ sidus, nigrum ☉ sequentem significare. Ceterum canis colebatur Cynopoli (Stephan. B. s. h. v. Apul. L. XI. p. 38.) vt Anubidis (♁) symbolum, vnde et Anubis latrator vocatur, quae vrbs respondet decuriae ♁ in ☉. Adde, quod in Zodiaco etiam Indico planeta ♁ cani insidens fingitur atque ♁ dominus stationis ♃ secundae cane exprimitur (Transactions of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. I. Kreuz. Symb. Tab. XXXI.). Vide s. p. 138.

Caper, τραγος, αιξ, ΒΑΕΜΠΙ, ΜΑΝΤΩΣΙ, ΒΑΡΗΙΤ (χμυρος) ♁ et ♀ symbolum. Ex loco Herodoti (II. c. 46.) clarum est, id quod significet caper, idem significare capram atque alia huius generis animalia, quibus gazellae adnumerandae videntur. *Mendesii*, inquit, *venerantur omnia animalia caprini generis, sed capros tamen mares plus quam feminas*. Est autem caper Pani sacer, qui quidem, vt vidimus (p. 110.), nunc ♁, nunc ♀ significat. Anpelius (Lib. Memor. c. 11.) tradit, Pana, quum dii fugerent Typhonem, in caprae figuram se conuertisse. Nonnus (Collect.

hist. ad Gr. Nazianz. L. II. h. 27. p. 169.): *Aegyptii Panem vocant Mendetem, quoniam lingua ipsorum Mendes hircum sonat. Et tanta religione Mendetem sive Pana hunc colunt, et etiam a capris omnino abstineant.* Suidas (v. *Μενδην*): „Hircum Mendesium colunt Aegyptii eo, quod virtuti prolificae ac genitiuae consecratus est. Nam animal hoc coitus valde cupidum est.“ Aegyptii autem et ♀, et ♂ voluptatem et libidinum cupiditatem adscribunt (I. §. 51. 52. p. 64.). Teste Ouidio (Met. V. 329.) caper etiam Baccho (☉ in ♄ et sequentibus signis) sacer erat, quo etiam spectat *ἐριφος Ἀδωνιαστῆς* apud Hesychium. Hinc clarum est, caprum maxime ♀, et quidem ♄, domum ♀, significare. Quare et caper potissimum in nomo Mendesio ♀ domicilio (♄) colebatur. Praeterea capram quidem ♂ significare, innuit Aelianus (XII. 43.), dicens cornua caprae piscatoribus, qui ♂ sunt proprii, vtilia esse. Idem refert (X. 23.), Copti capras feras haberi, Isidi (♀) sacras, quas, etsi capri immolentur, nefas sit mactare. Neque hoc mirum, quoniam ♀ et ♂ multa habeant communia (I. §. 54. p. 68.).

Cercopithecus, *κερκοπιθηκος*, ♂ significare videtur. Teste Iuuenali (Sat. 15.), hoc utique animal in Aegypto colebatur. Quum simii in vniuersum ♂ sacri fuerint, de quo infra; haud dubie etiam cercopithecus huius dei simulacrum valuit. Certe Zodiacus Indicus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. 1. Tab. 1.) ♂ dominum stationis ♃ 16 cercopitheco exprimit.

Cervus, *ἐλαφος*, *εἰογᾶ*, *εῖογᾶ*, *ἰεογᾶ*, ♂ symbolum nec non ♀. Ex loco enim Aelianii (XI. 7.) apparet, hoc animal Apollini (♄) sacrum fuisse. Idem (XII. 46.) narrat, ceruos musica, quae ♂ est propria, delectari. Ceterum cervus Aegyptius non differt genere a dorcade et gazella, quas infra videbimus ♂ symbola. Etiam natura cervi quippe velocitas ad ♂ post ♃ celerrimum planetam spectat. Ceterum negari nequit, ceruum, vel potius ceruam ♀ esse symbolum. Notum enim, Dianam (Artemida, Diouysi et Isidis filiam, ♀ ♄) fingi cum cerua. Huc spectat etiam capra fera Isidi (♀) consecrata in vrbe Copti (Aelian. X. 23.). Sic Apollo (♄) et Diana (♀) finguntur in curru duobus ceruis vecti (Kreuzer Sym. II. p. 180.). Cervus autem et cerua ♂ et ♀, quae alia multa habent communia, propter celeritatem sane conueniunt. Praeterea damam Indi ♂ adscribunt domino stationis ♃ 14 (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.).

Cuniculus ♀ animal valuisse videtur, de quo disseratur infra s. v. *Lepus*.

Cynocephalus, *Κυνοκεφαλος*, ♂ significat. Cynocephalus enim simiorum species est, qui, vt veteres diserte tradunt (I. §. 52. p. 66. no. 5.), ♂ sacri erant. Ceterum cynocephalus cum cane et Anubide (♄) Cynopoli colebatur (Strabo XVII. p. 812.), quae vrbs respondet decuriae ♂ in ☉. Porro tradit Horapollo (I. 14. p. 24.), cynocephalum significare literas (♄), terrarum orbem, cui praeest ♂ (Esniunus). Hinc in templo Anubidis, teste Luciano (Op. T. II. p. 75.) habebantur cynocephali aurei, caduceus, phialae, statua Anubidis aurea, quae omnia ♂ sunt symbola. Tradit vero etiam Horapollo, cynocephalum ♃ esse symbolum (I. 14.). Etsi hoc inde explicari possit, quod ♂ et ♃ multa communia habent; puto tamen Cynocephalum non masculinum, sed femininam ♃ sacram fuisse. Tradunt enim veteres (l. c.), solum hoc animal praeter hominem menstruationem pati.

Dorcas, *δορκας*, *δαρκι*, *δορκε*, *غزال*, ♂ symbolum. Hand dubie dorcas passim confunditur cum caprea, hinnulo, pullo dorcadis, ceruo, capreolo, gazella atque similibus eiusdem generis animalibus. Propter velocitatem et inconstantem cursum haec animalia et ♂ et ♀ conueniunt, et

vidimus (art. Ceruus), vtrique planetae ceruum sacrari. Quum vero Aelianus (X. 23.) diserte tradat, capras feras (*θηλειαις δορκαδαις*) Isidi (♀) sacras esse Copti, ibidem vero masculinos immolari; opinor, dorcadem masculinam ♂, femininam ♀ consecrari.

Elephas, *ελεφας*, ☉ significare videtur. Tradit Horapollo (II. 85.), elephanto exprimi regem, qui omni studio stultitiam fugiat ac imprudentiam. Sol vero coeli rex nuncupatur, eique reges sacri erant (I. §. 50. p. 63.). Deinde Diodorus (I. 20. p. 230.) narrat, Osiridem (☉) elephantos venatum esse. Vidimus autem, diis ea animalia esse sacra, cum quibus commercium habent. Sic Typhon dicitur aprum venatus, quod animal vtrique Typhoni (♄) sacrum erat. Porro Aelianus narrat (VII. 44. VIII. 28.), elephantum pie colere ☉ et ☽, horrere vero suem (♃). Religio in Deos maximos sane innuit, elephantum ad ☉ tamquam patrem referendum esse. Auersatio vero a sue nihil aliud indicat, quam Iouem (☉) timere a Typhone (♄), aduersario suo. Idem tradit Horapollo (II. 86.). „Regem, inquit, qui nugacem vitet hominem, elephantum cum porco pingentes. Is enim voce porci audita aufugit.“ Ceterum in numis Mauricis cernitur altera in parte caput Iouis Ammonis (☉), altera elephas (Eckhel. IV. p. 154.). Iam vero non absque ratione conicio, elephantum etiam ♂ significare. Scilicet ☉ et ♂ fortitudinem et potentiam commune habent, quae sane in elephante coniunctae cernuntur. Hinc Horapollo (II. 84.), *eum*, inquit, *qui simul et viribus et ingenio valeat, volentes significare elephantum pingunt cum sua proboscide. Hac enim odoratur et incidentia consequitur* (*χαται των προσπιπτοντων*). En virtutes Martiales. Notum enim, ♂, ac Mineruae et Neithae, acumen ingenii adscribi (I. §. 49. pag. 61.). Etiam notum est, elephantos in bellis et pugnis adhibitos fuisse, quae sunt ♂ artes. Adde locum Firmici (L. VIII. p. 235. s. 28°.). „Quodsi ♂, inquit, in ista parte fuerit inuentus, profusionem sanguinis patientur alii, alii elephantiam, quidam vero phrenesin.“ Certe profusio sanguinis ♂ est propria (I. §. 49. p. 61.), quare et elephantia, ab elephanto dicta, a ♂ proficisci videtur. Huc pertinet, quod ΟΥΛΠΕ squamam leprae significat. Hinc etiam Aelianus (XIII. 22.) tradit, *elephantem motus quosdam bellicos edere, velut ostendentem, quod hanc etiam disciplinam seruat*. Apprime huc facit mythologia Indica, quam nemo iam credit differre ab Aegyptiaca. Scilicet in duabus tabulis Indicis (Kreuzer Symb. Tab. XXVII. et XXIX.) facile discernuntur Dii Zodiacales ordine consueto, altera ☽ ☉ ♀ ♀ ♂ ♀ ♀ et sic porro, altera ♀ ☉ ☽ ♀ ♀ ♂ ♀ ♀ compositi. Quibus in tabulis bis ♂ capite elephantis pingitur. Praeterea priori in tabula ipse ♂ alia Martis insignia gerit, securim et flagellum Bellonae; secunda vero ☉ et ♂ in sacello positi repraesentantur, vt Ω et Υ signorum domini in tabula Isiaca, de quo alias. Porro Zodiacus Indicus (Transactions of the Asiatic Society Vol. III. P. I. Pl. 1.) ♂ dominum stationis lunaris 26 exprimit elephantis specie. Itaque his de causis vix dubitare licet, elephantum primo quidem ☉, deinde vero etiam ♂ significare. Puto autem, quum Horapollo diserte commemoret proboscidem, quo loco elephantum ♂ adscribit, ♂ potissimum proboscide, quae in scriptis hieroglyphis passim cernitur, ☉ aliis elephantis partibus exprimi.

Equus, *ιππος*, ☽, ☽, ☽, ☽, ☽, ☽ et ♃ significat. Habebantur enim equi, vt Lucianus (Syr. Dea p. 907.) refert, Heliopoli, quae est ☉ prouincia. Porro tradit Plutarchus (Is. p. 379.), equum apud Persas, quorum mythologia non differt ab Aegyptiaca, ☉ esse consecratum. Constat etiam Solem vehi ab equis. Adde locum Plutarchi (Is. 358.), quo docet, Horum (☉) equis vti, non

leonibus, in persequendo Typhone. Hinc Clemens Alexandrinus (Strom. V. p. 567.) testatur, equum esse fortitudinis et andaciae (ἀνδρείας και παρρησίας) symbolum, quae ☉ sunt virtutes (I. §. 50. p. 63. n. 2.). Ceterum, cum ☉ et ♃ similes natura putarentur, non mirum etiam ♃ significare equum, ut Astrologi docent (I. §. 48. p. 61. n. 5.). Hinc sane Indi (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationem ♃ 20, ♃ propriam, equa, atque infra 26, ☉ propriam, equo significant.

Felis, αἰλουρος, πι-ωΔΥ ♀ et ♃ significat. Plutarchus (Is. 376.) *Felis*, inquit, Lunam repraesentat, ob animalis illius varietatem ac vim noctu agendi et foecunditatem. Dicitur enim unum principio calulum parere, deinceps duos, tres, quatuor, unoque subinde plures, donec septem uno partu edat. Itaque 28 parit, qui est numerus dierum Lunae. Verum hoc fortassis fabulae sit similis. Sed felis oculorum pupillae impleri dilatarique videntur sub plenilunium et Lunae lumine decrescente attenuari atque languescere. Habes itaque vinum ♃ simulacrum, μμημα θεας, ut veteres loquuntur. Adde Demetrium (Elocut. §. 159.). Multas autem praeterea fabulas, inquit, fingunt vtilis et accommodatas rebus. Veluti quidam de fele dicens, quod una cum Luna extenuaretur et pinguesceret, adfinxit: hinc et fabula exorta est, Lunam peperisse felem. Itaque felis ipsius ♃ est progenies et symbolum; quemadmodum veteres putabant, totum mundum omnesque eius partes aliquo ex planeta progenitas esse. Non opus est pluribus. Iam vero certissimum est, felem non modo ♃, sed etiam ♀ significare. Neque hoc mirum, quum ♃ et ♀ natura crederentur similes (I. §. 54. p. 68.). Constat, Bubasti felem cultam (Stephan. s. h. v.), ibidem feles per totam Aegyptum mortuas sepultas fuisse (Herod. II. 54.). Bubastis vero vrbs respondet ♀, domicilio ♀. Porro narratur dea ♀ in felem mutata esse, ut effugeret Typhonis crudelitatem. Antonius (Metam. f. 28.), Apollo (♃ ♀), inquit, mutatus est in accipitrem, Mercurius (♃ ♀) in Ibin, Mars (♂ ♀) in pisces lepidotum, Diana (♀ ♀) in felem. Quod nequitiam valet de planetis, sed de 12 signorum dominis; ut Ouidii locus (Met. V. f. 5.) docet. Ait enim, mutatos esse Ammonem in arietem (♃ ♀), Delium in cornu (♃ ♀), prolem Semeleiam (♀ ♀) in caprum, sororem Phoebi (♃ ♀) in felem, Saturniam (♃ ♀) in vaccam, Venerem in pisces (♂ ♀), Cyllenium in Ibinem (♃ ♀). Ab his plane diuersum est id, quod Horapollus (I. c. 10.) tradit. Aiunt, ita is, felem marem, iuxta varium Solis habitum et cursum pupillas commutare, ad ortum quidem Solis mane nonnihil extendi, sub meridiem velut rotundas fieri, Sole ad occasum vergente obtusiores obscurioresque apparere. Vnde et quae est apud Heliopolin Dei Solis statua speciem felis prae se fert. Itaque felis etiam ☉ significat. Tenendum autem, quod saepius animaduertimus, discernendum esse inter genus animalium masculinum et femininum. Ceterum teste Hygino (Ast. C. II. c. 28.) Diana (♀) se mutauit in catum, quod poeticum videtur pro fele.

Gazella, Antilope, δορκας (?), ♀ significat. Haud dubie enim ceruus Aegyptius non alius est, quam Antilope, vel Gazella Aegyptiorum notissima. De ceruo autem, vel dorcade satis dictum supra.

Hinnulus, quem Cicero alique Aegyptiis sacrum dicunt, ♀ symbolum esse videtur, quum certam Antiloparum speciem significat. Quum vero conuenit cum oryge seu ortyge infenso, ♂ haud dubie denotat. Sane difficile est, certi aliquid de his animalibus dicere. Videamus, quae veteres obiter nos doceant. Teste Plutarcho (Is. 364.), Bacchantes in festo Bacchi gerebant pelles

hinnulorum. Bacchus vero, siue Dionysus, Osiris, est ☉ in ♃, ♀ domo. Ergo hinnulus ♀ symbolum. Alii in eodem festo gerebant pelles pantherarum, quod eodem redit. Panthera enim, quum ad felium genus pertineat, pariter atque felem, ♀ designasse, plus quam probabile est (v. infra Panther). Hinc etiam Bacchum panthera vectum fingebant, quasi ☉ insideret signo ♃, ♀ domicilio. Huc spectat locus apud Theonem (Arat. Phaen. p. 22.), quo narrat, oriente Canicula ortyga (ὄρτυγα) sacrificatum fuisse. Haud dubie enim non legendum ἰρτυγα, vt voluerunt, pro ὄρτυγα, quod omnes codices habent. Vtrumque vero vocabulum idem significat (vid. infra Oryx.). Item Aelianus (VII. 8.) narrat, orygem praesentire caniculae ortum et sternutamento indicare. Canicula vero, Sothis dicta, ♀ decuriae, scilicet primae in ♄, respondet. Iam vero orygem vel ortygem antiloparum speciem fuisse, ad quas etiam hinnulus pertinet, claret e loco Aeliani (VII. 8.), quo id animal cum capra Libyca i. e. antilope, hinnulo, gazella coniungit atque eandem naturam vtrique animali tribuit. Itaque oryx quidam, quum Aegyptiis odio fuerit (Aelian. X. 28.), quumque ♂ diserte dicatur in hinnulum (orygem) conuersus, ♂ infenso conuenit. Puto orygem vt antiloparum varia fuisse genera. Certe ipse Aelianus (XV. 14.) discernit oryges simpliciter dictos atque oryges quadricornes. Negari ergo nequit, orygem etiam ♂ symbolum fuisse, quum ♂ in hinnulum, i. e. antilopam, a qua oryx genere quidem non differt, mutatus dicatur ab Antonio Liberali (Lib. Memor. T. XXVIII.). Ibidem enim testatur Nicandrus, *Apollinem factum esse accipitrem* (♀ ♀), *Martem lepidotum pisces* (♂ ♀), *Dianam felem* (♀ ♀ aut ♀ ♄), *Bacchum hircum* (♀ ♃), *Herculem hinnulum* (♂ ♀), *Vulcanum bouem* (☉ ♀), *Latonam murem araneum* (♂ ♀). Ceterum hinnulorum aliud genus ♀ sacrum fuisse, cognoscitur ex Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. I.), vbi ♀ stationes lunares 13 et 27 antilopae specie exprimuntur.

Hippopotamus, ἵπποποταμος, ♂ est symbolum, raro ♀. Teste Plutarcho (Is. 371.), hoc animal Typhonī dicatum erat, quippe reliquis omnibus voracius et ferocius (v. 363.), quo innuebant patricidam, impudentiam, iniustitiam (Phot. Bibl. 1048.). Haec quidem omnia ♂ magis, quam ♀ conueniunt. Teste Herodoto (II. 71.), hippopotamus in sola prouincia Papremi colebatur. „Hippopotami,“ inquit, „sacri sunt in nomo Papreni, non vero in aliis Aegypti partibus.“ Papremis (ΠΑ-Π-ΡΩΜΙ Andropolis) autem ♂ decuria est in ♀. Hinc Herodotus (II. 59.) narrat, *Papremi quotannis festum agi, Martis (♂) in honorem*. Eadem in prouincia habitabant nūlites ♂ consecrati Hermotybies (ΕΡ-ΜΟΥ-†-ΟΥΒΕ, occisores hostium), teste Herodoto (II. 165.). Porro ossa hippopotami cum ferro comparantur (Job. XL. 13.), et ipsa Typhonis (♂) ossa ferrum dicuntur (Plut. Is. 376.), quod ♂ est metallum. Deinde narrat Herodotus (II. 71.), instrumenta ♂ hippopotamum suppeditare, scilicet hastas ex pelle fabricatas. Itaque hippopotamus symbolum ♂ est; significat vero etiam ♀, certe nonnunquam. Teste Eusebio (P. E. III. 13.), Apollinopoli cernebatur imago Hori vultu accipitris insignis, qui Typhonem, hippopotami specie conformatum, iaculo subigeret. Hermopoli vero (Plut. Is. p. 371.) ostendebatur Typhonis simulacrum, hippopotamus, cui accipiter insistebat, pugnans cum serpente. Habemus ergo ♀ et planetam, et dominum ♀, hippopotami specie. Hippopotamus enim, quem Horus, siue ☉ e solstitio hiberno procedens, interimit, est frigus hibernum, ♀ proprium. Altera inscriptione hippopotamus, cui insidet accipiter (Horus, ☉ in ♀), significat domum ♀, ♀, qua ☉ adhuc pugnat cum frigore, vel-

vti serpente (♄). Porro, teste Eusebio (III. 12.), hippopotamus symbolum erat poli septemtrionalis, id est puncti in coelo, vt putabant, remotissimi et frigidissimi. Etsi vere hoc astrum, vt Zodiacus Tentyriticus Parisinus docet, hippopotami figura exprimitur; notum tamen, id quoque vrsam appellari. Quam quidem constellationem diserte Plutarchus (Is. 359.) Typhonis (♄) esse dicit. Huc spectat, quod Horapollo (I. 56.) fabulatur, hippopotamum fortiolem esse patre, eumque interimere. Alludit enim ad Typhonem (♄) patrem (☉) occidentem.

Ichneumon, Ἰχνεμῶν, ☽ et ♀ significare videtur. Murium hoc genus aspidi et crocodilo (♂ et ♀) maxime noxium dicitur (Ael. X. 47.), ex quo sequitur, id referendum esse ad deos propitios. Ibidem tradit, Ichneumonem sacrum esse Latonae (λατωνος) et Lucinae (ελλειθνιας). Vtraque vero dea ☽ significat; et Lucinae vrbs, inter Ombos et Thebas sita, respondet decuriae ☽ in ♀. Colebatur Ichneumon, teste Strabone (XVII. p. 583.), in vrbe Herculis regionis Heraeleoticae. Haec autem vrbs respondet ☽ decuriae in ☉. Porro Aelianus l. l. hoc animal dicit vtriusque sexus particeps, quod maxime ☽ tribuitur. Denique Horapollo talia praedicat de ichneumone, qualia soli Lunae conuenire videntur (II. 33.). *Hominem, inquit, inualidum et qui sibi per se ipse opem ferre nequeat, sed aliorum se tueatur auxilio, volentes monstrare, ichneumonem pingunt. Hic enim conspecto serpente non protinus in eum irruit, sed, vocatis prius clamore aliis, tum demum ei resistit.* Ceterum ichneumon ♀ quoque denotare videtur. Quod, quum ☽ in ♀ constanter confundantur, per se consentaneum. Quum ichneumon diserte duabus sacer dicatur deabus, et Latonae, et Lucinae, vtique Lucina illo loco ♀ significare videtur. *Ελλειθνια* quidem, vnde Persarum et Arabum ♀ Alilat, Mylitta, et menses *Eilul*, *Elul* Asianorum, ☽, ♀ domicilio, respondententes vocantur, passim ♀ denotat. Hinc Indi, Aegyptiis vere affines, stationem ☽ 17, dicatam ♀, ichneumonis figurae expriment in Zodiacis suis (Vid. *Transact. of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.*).

Leo, λεων, ΛΟΥΓΙ, ☉ significat. Clarissime hoc docet Horapollo (I. 17.) verbis: *sub solio Hori leones supponunt, huius animalis cum Deo vitae similitudinem monstrantes (προς τον θεον του ζωου συμβολον).* *Dicitur autem apud eos ☉ Horus.* Item Aelianus (V. 39.): *ταυτη τοι και ηλγω αποκριειν αυτον (leonem) αυτους (Aegyptios) πεπνυμαι.* Alias idem (XII. 7.) diserte tradit, leonem significare Vulcanum, h. e. ☉. Porro Capella (Sat. II. 42. Gr.) testatur, *leonem in arbore symbolum ☉ esse.* Porro leones colebantur, vt Strabo (XVII. 812.) et Aelianus (XII. 7.) referunt, Leontopoli et Heliopoli, quae vrbs posterior certe decuriae ☉ in ♀ respondet. Leontopolis vero, quae haud dubie non differt a Thnui (Θ-ΛΟΥΓΙ leaena), respondet ☽ decuriae in ♀. Ex quo clarum est, vt infra videbimus, leaenam aliquid cum ☽ commune habuisse. Quod innuit Aelianus (XII. 7.) his verbis: *Porro Nemaenum Leonem e luna decidisse.* Denuo enim obseruandum, Aegyptios discrimen fecisse inter animalia mascula et feminina. Denique huc facit, quod id Zodiaci Dodecatemorium, cui ☉ praeest vt oecodespota, antiquitus leonis figura exprimitur. *Tum idcirco, inquit Aelianus (XII. 7.), Solis domicilium (☉) leonem constituunt.* Etiam commemorandum, Aegyptios finxisse leones et leonum capita ad aquam proiciendam (Horap. I. 21.) quo Nilum i. e. ☉ fluuium imitati sunt. Caeterum Aegyptii etiam partes Leonis distinxerunt, quare in scriptis hieroglyphicis et anteriora, et posteriora huius animalis passim cernuntur. Aelianus (XII. 7.), *quodsi, inquit, sapientiae Aegyptiorum, qui animantes etiam earumque partes*

ad naturam referunt, ratio habenda est; illi igni attribuunt huius animantis anteriora, aquae vero posteriora. Horapollo (I. 18.): *robur notantes, leonis anteriora membra pingunt, quod haec ei ex toto corpore robustissima sunt.* Quum vero fortitudo et ignis sint ♂ attributa, humidum vero ♃, quam etiam leaena spectat; sequitur, anteriora leonis ♂, posteriora ♃ exprimere. Praeterea, quum ♄ quoque humidum tribuatur atque Zodiacus Indicus ♄, dominum stationis ♃ 21, leone exprimat (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.); puto, in leone etiam ♄ quid fuisse, quo spectat sphinx, vt infra videbimus.

Lepus, λαγως, (ΡΑΤΦΑΤ δασυπους), ♄ symbolum, nonnunquam ♀ significare videtur. Prohibitum erat vesci leporibus (Levit. XI. 6.). At animalia prohibita malis planetis, soli ♄ et ♂ sacra erant, veluti sus. Ergo haud dubie lepus ♄ aut ♂ symbolum. Porro lepus piscis, teste Aeliano (II. 45.), mortifer erat. Quod haud dubie etiam de lepore terrestri credebatur. Tenendum enim, animalibus eodem nomine appellatis, siue sint terrestria, siue aquatica, similes vires adscribi. Deinde frequentissime reperiuntur lepores in monumentis sepulcralibus, vt in sarcophagis, stelis, vasibus (Kreuzer Symb. III. 494.). Quemadmodum vero ♄ signis Zodiaci ♄ et ♃ atque Inferno in vniuersum, sepulcro Osiridis, praestat, ita et hypogaeis et monumentis sepulcralibus omnino ♄ praeesse debet. Quare lepus ♄ recte in monumentis sepulcralibus apparet. Porro lepori vtriusque sexus natura tribuitur apud Aelianum (l. c.), quod non cadit in ♀, sed in ♄ potius. Sic Athor (♄) omnia ex se progenuisse dicitur. Deinde Plutarchus (Symp. IV. q. 5.) ait, *celeritate exaudiendi leporem aliis anteire. Cuius admiratione ducti Aegyptii in suis sacris literis picto lepore auditum (♄) significant.* Quum enim astrologi ♃ gustum, ♀ et ♃ odoratum et nares, ☉ visum, ♃ tactum tribuerint; sequitur, quantum sensum cadere in ♄ et ♂, vel potius in ♄, cui dextra ac primaria auris consecrata fuit (I. §. 47. p. 60.). Ergo lepus ♄ significat. Ceterum huc spectat, quod in monumentis Bacchicis lepores reperiuntur malis vscentes. Etsi hoc ad ♄, hemisphaerium inferius moderantem, omnium rerum contritionem referri possit; profiteor tamen, facilius hoc explicari, quum lepores ad ♀ referuntur. Bacchus enim est ☉ autumnalis in ♃, ♀ domum, ingrediens. Hinc in comitatu Bacchi pantherae, hedera, pelles hinnulorum, cornua hirci, malus, vitis eiusque generis alia reperiuntur, quae quidem omnia ♀ dominam ♃ designant. Iam eandem ob causam etiam lepores iuxta Bacchum exprimi videntur. Accedit, quod lepori adscribitur summa foecunditas, quae ♀ est. Itaque non absonum est, leporem et ♄, et ♀ significare. Ceterum de cuniculo, a lepore non diuerso quidem genere, idem valet. Quare puto, cuniculum, quippe mansuetum et maxime foecundum, ad ♀, leporem ferum ad ♄ potius spectare.

Lupus, λυκος, ΟΥΩΝΩ, ♃ significat. Teste Aeliano (XII. 40.), colebatur in templo Apollinis Delphici (♃), atque symbolum Apollinis habebatur (Ael. X. 26.), qui ipse ab Homero filius lupae (Lycogenes) appellatur, aliis Apollo Lycius, vt discernatur ab Apolline Phoebus (☉). Item lupus amicus Solis putabatur, vnde et annus, teste Aeliano (l. c.), *λυκαβας* vocabatur. Quae omnia cadunt in ♃ comitem ☉, qui cum ☉ anni decursum describit. Hinc in numis Argiuis caput Apollinis, lauro (♃) cinctum, atque lupi figura continentur (Pellerin. Rec. I. pl. 20. n. 1. 4.). Denique lupus colebatur tum Lycopoli in prouincia Busiride (♄), tum Lycopoli septentrionali ab Aphroditopoli, quae respondent decuriae ♃ in ♄ ipsique ♃ prouinciae, seu ♃. Adde locum Horapollinis (II. 22.), quo lupum et canem,

qui ☿ est symbolum, eiusdem naturae esse docet. Quum vero duplex sit ☿ natura, altera bona, quum ☉ praecedit; altera mala, quum ☊ sequitur; quumque lupus pro animali maxime noxio haberetur (Aelian. VII. 20.): haud dubie lupus ☿ vespertinum seu infernum significat. Hinc Anubis ille terribilis, seu ☿ infernus. Hinc ea pars noctis, quae inter diem et noctem est, *λυκογως* nuncupabatur (Ael. X. 26.). Hinc in numis Aegyptiacis lupus iuxta Hori (☿) imaginem reperitur. Ab lupo autem distinguenda est lupa, ♀ symbolum. Lupa enim Latonae (♀) sacra erat (Ael. X. 40.). Hinc Apollo (☿) vocatur *λυκηγενης* (Hom. II. IV. 101.). Aelianus (X. 26.) ait, *lupum Apollini sacrum esse, quia hic deus ex latona in Lupae speciem similitudinemque conuersa editus in lucem et susceptus fuisse feratur*. Sane lupus rapacissimum animal ♀ conuenit. Eadem est fabula, qua Anubis (☿ vespertinus) a Nephthy (♀), Orus (☿ matutinus) ab Iside (♀), eodem patre Osiride (☉), progenitus dicitur. Negari tamen nequit, lupum etiam ♂ sacrum fuisse (I. §. 49. p. 62.). Hinc ♂, dominus ♀, lupo exprimitur antiquo in Zodiaco (Kreuzer Sym. Tab. 49.). Cogitandum vero haud dubie de hyaena, quae propter rapacitatem (Ael. VII. 22.) optime ♂ conuenit. Hinc eiusmodi bestia in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. I.) statio ♀ 19, cui ♂ praeest, significatur.

Lutra, *ἐνδορις*, ☉ sacra fuisse videtur. Herodotus (II. 72.) memorat lutas Nili, hinc statim pisces, quos Nilo sacros esse dicit. Nilus autem ☉ significat. Alia argumenta non inueni.

Mus, *μυς*, ΦΙΝ, ΠΙΝ, ΠΕΙΝ, ♂ symbolum. Quod optime docet fabula de Setho rege apud Herodotum (II. 141.). Setho (♂), filio Vulcani (♂), Mars somnio visus pollicetur opem in depellendis hostibus. Iam mittit ille animalia sua mures, qui hostium arma corrodunt; quo facto hostes in fugam vertuntur. Ergo muribus adscribitur, quod ♂ erat. Postea regis Sethi statua murem in manu gerens ad Vulcani (♂) templum erigebatur. Hinc, teste Horapolline (I. 50.), mus interitum significat, *quoniam omnia corrodens inquinat et inutilia facit*. Omnis autem destructio violenta ♂ propria (I. §. 49. p. 61.). Rem illae fabulae simillimam narrat Polemo apud Clementem (Προτ. p. 25. d.). Ait incolas Troadis mures indigenos, quos *μυρδορες* vocant, colere, quod arcum hostilium nervos corrosissent, atque Apollinem ab his Sminthium nuncupari. Sminthius vero siue Zminthius, ut alias scribitur, est *ΞΜ-Ν-† fortitudo pugnae*, seu *belli* (♂). Aliter Strabo, de quo infra. Adde locum clarissimum Aeliani (VI. 40.). *Insula, inquit, in Ponto, quae ab Hercule (♂) nomen traxit, celebratur. Quantumcunque murium illic est, Herculem religiose colit, et quicquid deo dedicatum est, tamquam id ei sacrum gratumque esse intelligens et credens, non attigit*. Denique ipsi astrologi (I. §. 49. p. 62.) murem terrestrem ♂ adscribunt. Itaque negari nequit, murem ♂ esse symbolum. At distinguendum est inter murem, et murem araneum (*μυγαλην*), qui a sorice non differre videtur. Varia enim sunt murium genera in Aegypto degentia et culta.

Mus araneus, *μυγαλη*, ♀ significat. Teste Herodoto (II. 67.), mus araneus mortifer erat. Ergo planetis noxiis conuenit. Antonius Liberalis (Fab. 28.) tradit, Latonam, ut Typhonem effugeret, in murem araneum mutatam. Latona vero seu Buto est ♀ femininus, domina ♂; cui signo respondet haec prouincia. Item Herodotus l. c. narrat, mygalas mortuas Buti sepultas fuisse, quemadmodum feles Bubasti, et alia animalia iis in locis, quibus colerentur. Adde Plutarchum (Symp. IV. Q. V. p. 670.) dicentem, murem araneum diuino honore coli, eo, quod coecus sit. *Nam, inquit, tenebras luce esse priores censent*. Ergo alludit ad Athorem, siue ♀, do-

minum ☿. Idem tradit Strabo (XVII. p. 584. Tz.), dicens, murem araneum (μυγαλην) coli Athribi; quae vrbs est Athoris, seu ☿. Hinc vetitum erat, vt carne suilla, ita et muribus vesci (Jes. LXVI. 17.). Denique consulendus est Strabo (L. XIII. p. 613.), quo loco statuam Apollinis Sminthii, murem araneum calcantem, dicit significare Solem superantem Typhonem. Sane Horus, ☉ nouus e solstitio liberno procedens, superat Typhonem, ☿ dominum ☿, quod signum prouinciae Buticae, murem araneum colenti, conuenit. Ceterum etiam Indi murem araneum ☿ adscribunt, vt Zodiacus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. T. 1.) docet, vbi statio ♃ septima, ☿ propria, mure araneo exprimitur. Ibidem aliud murium genus ♃ tribuitur.

Mustela, γαλη, ♂ sacra fuisse videtur. Primo enim, mures ♂ sacros fuisse, vidimus, atque constat mustelarum et murium similem esse cum ♂ indolem, scilicet omnia corrodingi et perdendi. Praeterea Aelianus (XII. 5.) mustelas non solum cum muribus, quos ♂ sacros esse dicit, coniungit; sed eos etiam genituram Herculis adiuuasse et effecisse affirmat. Ergo mustela ♂ cara et sacra fuit. Tradit etiam, Thebis in Boeotia cultam fuisse mustelam. Quum vero Thebae Graecorum non differant ab Aegyptiorum, idemque numen, scilicet ♂, vtraque in vrbe cultum fuerit; sequitur, mustelam significare ♂ planetam. Constat enim, Thebis in Boeotia Herculem (♂) natum dici. Ceterum Aelianus (IV. 14.) mustelam non solum inter animalia noxia numerat atque cum serpente venenosa (ὄφι) comparat, sed ei etiam pugnacitatem et fortitudinem tribuit, quae ♂ sunt virtutes.

Oryx, ὄρυξ, ☿ significat. Pertinet quidem hoc animal etiam ad antiloparum genus, cum quo affines sunt gazella, dorcas, ceruus, hinnulus et alia animalia. Et supra monitum est, orygem tum ♀ et ♂, tum, quum pugnax quaedam est antilope, ♂ significare. At persuasum mihi habeo, orygem etiam aliud ferum animal, forte onagrum significare. Accensetur enim animalibus maxime ingratis. Collato Aeliani loco (X. 28.), quo oryx cum asino comparatur atque Soli orienti aluum proiicere dicitur, vix negabitur, orygem ☿ sacrum esse. Vtrumque animal (☉) sacerdotibus odio erat, vtrumque Typhoni gratum. Huc accedit locus Horapollinis clarissimus (I. 49.). *Porro*, inquit, *impurum scelestumque animum (ἀκαθαρσίαν) notantes, orygem pingunt, quoniam ad ortum accedente Luna, intentis in deam oculis prospiciens, vociferatur (κραυγὴν ποιεῖται); non ei bene dicens nec fausta acclamatione prosequens (ἐδῆμιον).* Cuius rei argumentum est apertissimum, quod anterioribus cruribus terram effodiens, suas ipsius pupillas humi velut pingens defigit, quasi indignabunda inuitaque deae ortum adspiciens. Idem quoque in exortu dei Solis efficit. Quapropter antiqui reges, cum sibi ortum nunciaret horarum obseruator, huic insidentes animali, per medium ipsum velut gnomones quosdam ortus rationem ac tempus accurate certoque cognoscebant. Vnde et sacerdotes solam hanc inter volucres non signatam comedunt (τοῦτο μόνον τῶν πτηνῶν ἀσφραγιστὸν ἑσθίουσιν), quod simultatem quandam cum Dea exercere videatur. Etenim quemcunque in deserto locum aquis scatentem nactus fuerit, posteaquam biberit, labris turbat lutumque aquae commiscet, ac pedibus in eam puluerem conicit, idque vt nulli alii animali aqua sit ad potum idonea. Adeo praua infesta putatur orygis natura. Nam ne hoc quidem officium deae praestat, quum ipsa omnia, quae toto orbe sunt vitilia, gignat, augeat ac vegetet. Quis non videt in his asinum, maxime ferum, descriptum. In eo vehuntur reges. Ergo non est oryx antilopa quaedam, sed asinus. Rudit, oriente Sole et Luna, stercus proiicit, et

caput humi habet. In desertis viuit, hostis ☉ et ☽ et omnium animalium (I. §. 47. p. 59.), vt Ἡ Typhon. Hinc etiam Eudoxus apud Athenaeum (IX. p. 392.) tradit, Phoenices Herculi (☉), cuius 12 opera l. l. describit, sacrificare ortyges. Hinc immundities, Ἡ propria (I. §. 47. p. 59.), oryge exprimitur. Ergo oryx, vel ortyx, Ἡ symbolum, ☉ aduersari putabatur. At vero quid sibi vult, quod Horapollo l. l. orygem inter volucres (πτηνα) numerat, pariter atque inter iumenta? Scilicet Ἡ atque animalia Saturnia alis ornabantur (Tab. IX. C. 7.). Constat, Phoenices Ἡ potissimum alis distinxisse. Hinc asinus ipse alis ornatus erat (Pausan. Corinth. c. 38. Aristides I. p. 29. Jebb.), atque in monumentis Bacchicis, vbi ☉ in hemisphaerium inferius, Ἡ proprium, ingrediens fingitur, vitibus pascitur. Attamen credo, non veram esse hanc rationem, ob quam Horapollo orygem volucris etiam annumerat. Nimirum oryx vel ortyx significat quoque coturnicem. Coturnix vero item Ἡ symbolum, ☉ hostis putabatur. Hinc Hercules interfectus (☉ in solstitio hiberno suppressus) reuiuiscit, postquam Iolaus (☽) ei ortygem obtulerat et olfaciendum praeauerat (προσενεγκαντος ὀρτυγα και προσαγαγοντος ὀσφραθεντα ἀναβιωσαι), vt Eudoxus narrat (Athen. IX. p. 392.). Hinc coturnix ΜΕΩΨ† ἸΠΗΡΙ, ὀρτυγομητρα vocatur, mater veris. Radix enim non est ἩΡΙ, vt falso in lexicis docetur, sed ΠΗΡΙ, ΠΙΡΙ, ΒΙΡΙ, ver, nouum. Ver enim incipit a Ζ, Ἡ domo, quae recte hinc veris progenitrix appellatur. Hinc prouerbiū Graecorum: ὀρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλην τον καρτερον (Bochart. Hieroz. II. 99.). Denique, quod summum est, vocabula oryx et ortyx idem sibi volunt, atque omnia animalia Ἡ propria et sacra significant. Descendunt enim ab ωρ-ΑΚΩ, ωρ-ΤΑΚΩ, *Horus periens*, seu *Hori perditio*. Hori (☉) autem perditio est solstitium hibernum, seu Ζ, domicilium Ἡ. Itaque hoc orygis et ortygis nomine sane antilope quaedam, vt Aelianus vult, et onager vel asinus, vt Horapollo censet, et coturnix, vt vulgo putatur, exprimi poterant, quippe animalia noxia et maxime Ἡ sacra, ☉ aduersaria. Errarunt ergo, qui contra codicum auctoritatem variis in locis pro ὀρυξ nunc ὀρτυξ, pro ὀρτυξ nunc ὀρυξ legerunt, vt Jablonskius, Kreuzerus alique.

Panthera, πανθηρ, ♀ symbolum. Quemadmodum panther in monumentis Bacchicis, ita eius pellis in repraesentationibus Osiridis reperitur. Vterque deus ☉ in ♄, seu in autumni signa ingredientem significat. Quemadmodum vero attributa Bacchi: hedera, cornua hirci, mala, vitis et alia; ita et panthera ♀, dominam ♄, significant, de quo supra fusius (v. lepus). Adde, felem, quae ♀ sacra, et panthera eiusdem generis esse animalia. Ceterum Pantherae odor suauissimè adscribitur (Aelian. V. 40.), quod commune habet cum ♀ planeta (I. §. 51. p. 64.). Huc accedit, quod in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationes ☽ 3 et 10, quibus ♀ praeest, panthera exprimuntur.

Rhinoceros, ῥινοκερως Ἡ, eiusque cornu ♂ designare videntur. Haec enim ex eo concludere licet, quae de hoc animali Aelianus (XVII. 44.) narrat. Inimicus elephantis (☉) est Rhinoceros Ἡ atque cornu ferreum ♂ innuit.

Simius, *Simia*, πιθηκος, EN, ♀ significat. Astrologi ipsi (I. §. 52. p. 66.) testantur, simium ♀ planetae sacrum esse. Neque hoc mirum. Quemadmodum enim ♀ imitatur Solem, ita et simius patronum. Planetam ♀ plerumque non vltra 16° a Sole recedere, satis constat. Hinc simius apud Aegyptios dicebatur ab imitando, ONI, *similitudo*, *imitatio*. Hinc et canis proprius ♀, quia, vt Plutarchus (Is. 355.) refert, in eo erat custodiendi et vigilandi studium. Vidimus autem de

duobus simiorum generibus, cercopitheco et cynocephalo, ♀ sacris. Ceterum Zodiacus Indicus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationem ♃ 16, cui ♀ praeest, simio exprimit. Ibidem eandem ob causam simia ☉ significat.

Sus, porcus, σὺς, χοίρος, ΕΩΩ, ριρ, ♃ symbolum. Teste Aeliano (X. 16.), hoc animal impurum et voracissimum atque infensum ☉ et ♃ erat, quod cadit solummodo in ♃. Constat, vetitum fuisse, vesci carne suilla, atque subulcos infimam Aegyptiorum classem constituisse, quippe ♃ planetae sacram. Reliquae sex classes reliquis planetis conueniebant. Item secundum Plutarchum (Is. 353.) sus impura et carissima Typhoni iudicabatur. Adde locum Horapollinis (II. 37.). *Volentes*, inquit, *perniciosum et pestiferum (ἐξωλή) exprimere, porcum pingunt, quod eiusmodi sit porci natura.* Eadem vero indole solus ♃ putabatur. Ceterum sus genere non differt ab apro, ♃ symbolo, de quo supra. Hinc ♃, dominus ♂, antiquo in Zodiaco Persico sue exprimitur (Seels Mythrasgeheimnisse Tab. XIX. pag. 497.).

Talpa, ἀσπίλαξ, ♃ symbolum. Tradit Horapollo (II. 63.), talpa exprimi caecum. Caecitas vero et tenebrae omnino Athori (♃) adscribuntur. Ceterum talpa pertinet ad murium genera, quos partim ♃ significare vidimus.

Taurus, bos, ταυρος, βους, ΜΑC, ΜΑCΙ (etiam vitulus, μωσχός) †-ÈZÈ, ☉ et ♃, nec non ♀ significat. De Tauris Aegyptiorum sacris, nempe Memphitico Apide, Hermunthiaco Onuphi atque Heliopolitano Mneui supra dictum atque demonstratum, alium ☉, alium ♃ sacrum fuisse. Quum vero suis quisque distinctus fuerit insignibus; clarum est, colores et maculas quasdam effecisse, ut alii tauri ☉, alii ♃ consecrati fuerint. Vidimus autem, de tauris Apidem, qui ♃ insignia gestaret, ♃ sacrum fuisse, reliquos ☉. His addendum est, taurum etiam Nilum significasse, quippe ☉ sacrum, quare dii fluuiorum omnino cornibus taurinis fingebantur (Scholias. ad Sophocl. Trachin. v. 11.). Idem testatur Aelianus (Var. L. II. c. 33.). De Apide vero non dubito, quin etiam ♀ significauerit. Etenim ♃ et ♀ multas et virtutes, et proprietates habent communes (I. §. 54. p. 68.). Huc facit, quod ♃ Zodiacalis, ♀ domus, tauri imagine exprimitur. Hinc in Zodiaco Tentyritico aliisque ♃ significatur Apidis figura, cuius tergo impositum est ♃ signum (Vid. infra Lexicon. ♃). Eandem ob causam haud dubie Bacchus, Osiris, siue ☉ in ♃, ♀ domo, capite tauri (Apidis) fingebatur (Kreuzer Symb. III. 130. IV. 131. 214. al.). Hinc in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) non solum secundum Zodiaci dodecatemorion (♃), cui praeest ♀, sed etiam statio ♃ octaua, ♃ addicta, eadem tauri imagine exprimuntur. Est autem probabile, ut taurum solarem a lunari, ita lunarem a ♀ tauro notis quibusdam distinctum fuisse. Certe huc spectat, quod Taurus ♀ in Zodiacis Aegyptiis et Indicis allato pede, quasi pruriens, in quo virtus ♀ versatur, effingitur. Praeterea commemorandum, tauri cornu, significare opus (ἐργον) ut Horapollo (II. 17.) tradit. Opus vero spectat ad ☉, aut potius ♂. Certe laborum industria Mineruae, seu Neithae adscribitur.

Vacca, δαμαλῖς, βους, ΒΑΖCΙ, maxime ♃, tum vero etiam aliis deabus sacra fuisse videtur. Notissima est fabula, qua Io (102 luna) in vaccam mutata fuit, ex quo sane sequitur, ♃ symbolum esse vaccam. Clarissime hoc testatur Herodotus (II. 41.). *Vaccae*, inquit, *Isidi sacrae sunt. Nam Isidis quidem imago feminea est, gerit autem cornua bubula, quemadmodum Hellenes Ionem fingunt. Vaccae autem ab Aegyptiis omnino coluntur et maxime omnium animalium.*

Huc spectat, quod Anubis Isidi (♃), cum Typhonem liberasset, coronam detraxit atque caput vaccae imposuit; huc, quod Pharaosomnio vidit septem vaccas, seu septem annos. Constat autem, Isidem et annum significare. Annum vero Aegyptii incipiebant ab ortu caniculae, ♀ decuria in ♄, Lunae domo. Non opus est pluribus. Quum vero vacca ♃ significet, nihil iam offendit, eandem et ♀ denotare, quippe natura simillimam. Hinc Artemidi (♀ ♃) vaccae sacrae alebantur (Plntarch. vita Luculli c. 24. p. 507.). Hinc Aelianus (X. 27.) vaccae summam ad venera inclinationem adscribit, quae ♀ est proprietas. Deinde negari nequit, vaccam etiam ♃ significare. Strabo (XVII. p. 552.) testatur, Momemphitas Venerem colere et vaccam sacram alere, sicut Memphitas Apidem, Heliopolitanos Mneuin. Idem (p. 556.), *sequitur*, inquit, *nomus Aphroditopolites et vrbs nomo cognominis, in qua vacca candida sacra alitur*. Aelianus vero (An. XI. 27.) ait, vicum esse nomi Hermopolitani, quo in vico colatur Venus, quam *coelestem* vocant (οὐρανίαν), venerentur vero etiam religiose vaccam. Itaque vacca condita symbolum erat Veneris Vraniae, ΝΑ - † - ΦΕ, Nephthysos, i. e. ♀ feminini, vt vidimus. Ceterum constat, non Nephthyn modo, sed etiam Athorem ad ♃ spectare, quin vtramque deam fere eandem esse. Testatur autem Hesychius (v. Ἀθρη), Athyr Aegyptiis dici et mensem et bouem. Adde locum Etymologici M. (s. Ἀθρη). *Athyr*, inquit auctor, *est nomen mensis. Aegyptii etiam Venerem vocant Athor, et ab eadem tertium anni mensem denominarunt*. Huc spectat, quod Herodotus (II. 41.) tradit, incolas vrbs Atharbechis (Ἀθωβ-βακι), qua Venus (Vrania) colatur, colligere ossa bouum atque in Prosopi insula sepelire. Atharbechis autem respondet ♃ decuria in ♃, et Momemphis ad ♃ domum ♃ pertinet. Prosopis vero, π-ωλ†, vbi ossa bouum sepeliebantur, respondet decuria ♂ in ♃ (Champoll. l'Egypt. II. 162.), et ipsum π-ωλ† *excoriator, mactator*, ♂ designat (I. §. 49. p. 61.). Adde locum Aeliani (X. 27.). *In Aegypti*, inquit, *vico, Chusis nuncupato, non magno quidem, certe eleganti, qui in Hermopolitanam praefecturam censetur, Venerem colunt, quam Vraniam appellant. Atque vaccam etiam ideo venerantur, quia affinitatem et conuenientiam cum dea ipsa habere existimetur. — Itemque Isin bubulis cornibus Aegyptii et fingunt et pingunt*. Quo ex loco clarissimum est, Venerem Vraniam (♀) ab Iside (♃ ♀) diuersam fuisse, vtramque vero vaccam sacram habuisse. Denique Ouidius (Met. V. 329.) diserte tradit, cum alii dii prae metu Typhonis in alia animalia mutarentur, *Saturniam niueam vaccam* factam esse. Saturnia vero, vt nemo nescit, Innonem (♀ ^z Manil. p. 170.), nunc Vestam (♀ ♃ ibid.), nunc ♃ planetam notat. Itaque vacca etiam ♃ symbolum erat. At negari nequit, idem animal etiam ♂ significare. Vidimus enim Athyr vel Athor etiam ad ♂ planetam spectare; atque supra vidimus, vrbes Chusarum, Pschati sen Prosopis, ♂ decuriis in ♃ et ♃ respondere. Sane multum offensionis id habere videtur, quod vacca non solum ♃, sed etiam ♀, atque ♃, quin adeo ♂ symbolum fuerit. At tenendum primum, vaccam planetas illos vel planetarum domicilia exprimere, quum feminini cogitantur. Deinde vero, quum tauri coloribus distinguerentur, non dubito, quin et vaccae aliis planetis sacrae aliis notis insignes fuerint. Sic diserte vacca candida vel niuea ♃ adscribitur. Huc facit papyrus in Museo Regio Taurinensi asseruata, quae adeo plures vaccas variis maculis inter se distinctas exhibet. Praeterea commemorandum, vaccae cornu ♃ significare. Tradit enim Horapollo (II. 18.), vaccae cornu significare vltionem (ποιωνν). Vltio vero ♃ est; atque claret, id spectare ad vaccam Veneri Vraniae sacram (♀).

Vespertilio, νυκτερις, ΓΑΛΛΟΥ, ἡ significare videtur, quoniam ad mures ἡ proprios pertinet atque noctem, ἡ sacram, amat. Hinc etiam Horapollo (II. 64.) vespertiliones formicis (♂) facit aduersarios, quod fieri non posset, quum ipsae ♂ sacrae essent. Hinc etiam (II. 52.) vespertilio-nes inbecilles dicit.

Vrsus, ἄρκτος, ΛΑΒΟΙ, ἡ significat. Plutarchus (Is. 359.) tradit, caniculam ab Aegyptiis vocari Isidis stellam, Orionem Hori, Vrsam Typhonis. Ibidem dicit, vrsam coelestem appellari canem Typhonis. Reapse in Planisphaerio Tentyritico, quod Parisiis asseruatur, loco vrsae cernitur Hippopotamus anus (ἡ). Constat vero, vrsam occupare regionem coeli maxime borealem et frigidam, quae ἡ est propria (I. §. 47. p. 58.). Alias Plutarchus (Is. 358.) narrat, constellationem Vrsae prius appellatam fuisse porcum Erymanthicum. Nouimus autem porcum et aprum ἡ sacros fuisse. Huc spectat fabula apud Horapollinem (II. 83.). *Hominem*, inquit, *qui initio quidem informis natus sit, sed postea formam accepit, innuunt depicta vrsa praegnante.* Alludit ad ☉ in ♉ renatum, quod ἡ est signum.

Vulpes, ἄλωπιξ, ΒΑΨΟΡ, ♃ symbolum. Propter astutiam, quae ♃ est propria, non potest non ♃ significare hoc animal (Ael. IV. 39.). Praeterea infensus erat (Aelian. I. 36.), quemadmodum Anubis lupinus, propter insidias. Ceterum vulpi pariter atque ♃ venatio quasi propria dicitur (I. §. 52. p. 65. Aelian. IV. 24. XIII. 11.).

II. Aues et insecta volantia.

Accipiter, ἱεραξ, ΒΑΙC, ΒΗC, ΒΗC, ΒΑΙΗΘ, ΨΟΤΡΕΦ, nunc ☉, nunc ♀, nunc ♃ significat. Anticlidides (Kirch. Oedip. III. 128.): *Ἡελιος δε Νοτοιο ἀναξ, ἱεραξ πολυμορφε.* Horapollo (I. 8.): *Soli accipitrem (ἱερακα) consecrarunt.* Idem (I. 6.): *Accipiter praeter caeteras volucres Solis simulacrum esse videtur.* — *Medici ad sananda oculorum vitia (☉ symbola) hieracea herba vtuntur. Inde etiam fit, vt Solem interdum, tamquam visus tutorem ac dominum, accipitris forma pingunt.* Non opus est pluribus. Accipiter significat vero etiam ♀ planetam. Neque mirum hoc, quum ♀ matutina ☉ similis dicatur atque vtrumque astrum Horus appelletur, vt vidimus supra (v. Isis). Teste Aeliano (X. 14.), accipiter Tentyrae colebatur, quae est ♀ decuria in Υ, vbi templum Apollinis (♀) celeberrimum erat, atque ipsum accipitrem Apollini sacrum esse dicit. Hinc Eusebius (P. E. III. 12.) aliique hanc auem Horo adscribunt. Huc facit, quod Aelianus (XII. 4.) accipitrem buteonem (τροιορχην) Dianae (Αρτεμιδι) adscribit, i. e. ♀ ♂ dominae. Huc spectat locus Antonii Liberalis (Met. F. 28.), quo dicit, prae metu Typhonis mutatos esse Apollinem (♀) in accipitrem, Mercurium (♃) in Ibidem, Martem (♂) in lepidotum, Dianam (♀ ♂) in felem; nisi Apollo alteram ♃ domum significet, quo facto id probetur hoc loco, quod statim demonstrabitur. Denique testatur Plutarchus (Is. 371.), accipitrem Osiridi sacrum fuisse h. e. ☉ in ♂, ♀ domicilio. Sic Osiridi et Baccho vidimus omnia ea consecrari, quae ♀ sunt symbola. Iam vero etiam negari nequit, accipitrem ♃ significare. Primo enim Strabo (XVII. p. 562.) urbem Apollinopolin et ciuitatem accipitrum, inter Thebas et Ombum sitam, facit eandem. Haec autem regio respondet ♃ decuriae in ♃. Aelianus (XII. 4.) diserte accipitrem palumbarium (γασσοφορτην) Mercurio, perdicarium et ocypterum Apollini adscribit. Denique ipsi astrologi ♃ planetae tribuunt falcones et accipitres (I. §. 52. u. 5. p. 66.). Quum itaque accipiter ☉, ♀ et ♃ significet;

non dubium est, quin Aegyptii hanc ambiguitatem certis modis sustulerint. Ceterum obseruandum est, permulta fuisse accipitrum genera, atque alias aues rapaces similes cum aliis similibus a veteribus ipsis confundi. *Genera accipitrum*, inquit Aelianus (X. 4.), *permulta sunt*. Inprimis autem vultur (γυψ) perperam accipiter vocatur. Hinc Strabo (VII. p. 562.), *alitem*, inquit, *Aegyptii accipitrem vocant; sed nihil mihi neque cum nostris neque cum Aegyptiis simile habere videtur, utpote qui et magnitudine excedit et multiplici varietate ipsos longe superat. Dicebant autem et Aethiopicum esse et inde afferi*. Habes itaque vulturem (Vult. Barbat. Blumenbach. Naturgesch. p. 149. n. 3.), de quo quippe ♂ et ♀ symbolo infra videbimus.

Anser, χην, ΚΕΝΕ-ΩΟΟ, ♀ symbolum. Constat, animalia ♀ sacra quotannis fuisse sacrificata ad placandum ☉ et ♃, veluti suem, orygem, asinum. Idem cadit in anserem, vnde Iuuenalis (Sat. VI. 540.) cecinit: *Vt veniam culpaē non abnuat, ansero magno scilicet, et tenui popano corruptus Osiris*. Sane anser propter inertiam et lentitudinem ♀ (s. p. 58.) conuenit. Porro anser, vt Kreuzerus (Symb. Tab. p. 59.) obseruauit, Proserpinae i. e. ♀ sacra erat. Ceterum cauedum, ne anser cum vulpansere, Isidi caro, confundatur. Veteres enim anseri nonnunquam tribuunt, quae ad vulpanserem spectant, de quo infra. Sic Aelianus (V. 29. XII. 33.) eadem fere anseri tribuit, quae Horapollo (p. 59.) vulpanseri adscribit.

Aquila, αετος, ΑΒΕΜ, ΑΒΩΜ, ☉ nec non ♃ significat. Habebatur enim aquila Heliopoli ☉ symbolum (Lucian. Dea Syr. p. 902.). Hinc Horapollo (II. 56.) tradit, aquilam significare regem, veluti ☉ omnium principem. Hinc Nilus, ☉ sacer eiusque imago, aquila vocabatur (Diodor. I. 22.). Hinc in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. T. 49.) dominus ♃, quippe ☉, exprimitur aquila. Plerumque vero aquila ♃ designat. Astrologi (I. §. 48. p. 61.) eam diserte ♃ adscribunt. Horapollo (II. 2.) tradit, aquilae pullum (αετου νεοσσου) sperma significare. Sperma vero ♃ est (I. §. 48. n. 5. p. 61.). Porro Thebis habebantur aquilae (Diodor. I. p. 76. Strabo XVII. p. 559.), quae ♃ est prouincia. Discernuntur autem in monumentis Aegyptiacis duo aquilarum genera, quorum alterum forte ☉, alterum ♃ significauerit. Certe Horapollo (II. 96.) distinguit a reliquis aquilam rostro adunco, quam ♃ adscribere videtur. Hinc Aelianus (IX. 10.) aquilam Iouis tradit carnes non attingere.

Ardea, ἐρωδιος, ΕΛΣΩΒ, ΕΛΩΒ, ♂ significare videtur. Haec auis palustris, etiam Herodius appellata, mittitur a Minerva (Aelian. X. 27.), siue a ♂ feminino. Huc facit nomen ipsum, quum deriuatur ab ερ-† *pugnare*, aut ab ερ-ΣΩΒ *affligere*. Etiam Diomedes, cui ardea sacra erat, a Minerva (♀) inter deos refertur. Sed alias ob causas ardea ♀ adscribenda esse videtur. Scilicet ardeae dicuntur socii Diomedis mutati in aues, in insula Diomedea viuentes (Ael. I. 1.). Idem Diomedes cum Dioscuris (♀) coniungitur et comparatur. Circa sepulcrum eius, in Diomedea insula, platani plantabantur ♀ sacri (Kreuzer Symb. III. p. 39.). Porro Diomedi, qui et Palladium rapuit, summa calliditas adscribitur, quae ♀ est virtus. Denique Diomedis nomen, a vocabulo Διος et μηδομαι deriuatum, designat deliberationem diuinam, quae ♀ est. Huc accedit, quod Aelianus (VII. 7.) ardeas cum gruibus, ♀ auibus, coniungit, iisque tempestatis praesagitionem adscribit.

Ciconia, πελαργος, (ΝΟΥΡΙ, γουψ, ciconia) ♀ symbolum. Horapollo tradit (II. 58.), ciconiam significare amorem in parentes. *Haec enim*, inquit, *nunquam ab ipsis seiungitur, sed ad extre-*

num usque senium vna permanet, pietatem ipsis observantiamque rependens. Quod spectat ad Horum ♀, comitem ☉. Eadem pietas omnibus fere animalibus ♀ sacris adscribitur. Ceterum ciconia affinis est Grui, Ibidi, Ardeae, ♀ aubus. Eiusdem generis est cucupha, de qua infra. Hinc ciconiae maximo honore erant apud Aegyptios (Ael. X. 16.).

Columba, περιστέρα, βρομπι, ♀ et ♂ significare videtur. Aelianus (X. 24.), *audio, inquit, ab iis, qui huiusmodi rerum cognitionem scrutantur, turtures etiam albas non raro apparere, easdem cum Veneri et Cereri (♀ ♃), tum vero Parcisi et Furiis (♄) sacras esse.* Hinc Horapollo columbis fel esse nunc negat, nunc affirmat (p. 65. col. p. 90.). In numis vrbis Athorbechis, quae respondet ♂ decuriae in ♃, cernitur columba (Zoega Num. T. XXI. n. 8.). Ergo columba ♂ symbolum. Hinc Horapollo (I. §. 57.) ait, *ingratum et infestum iis, a quibus beneficio affectus est (ἀχαριστον και μαχμιον τοις ἐαυτον εὐοργεταϊς), columba exprimi.* Quod neutiquam cadit in ♃ vel alium planetam praeter ♂. Ingrato quidem animo ille significat ♂ signa ♃ et ♃, quibus Osiris (☉) a Typhonis (♄) malitia supprimitur. Huc spectat, quod Horapollo (II. 32.) tradit, mulierem viduam exprimi columba nigra. Alludit enim ad Nouilunium in ♃, occiso Osiride eius marito. Ceteroquin ipsi ♂ astrologi adscribunt funera, orbitatem, luctum. Denique dudum demonstratum est, Proserpinam non differre a Persephassa, vel Persephatta, vel Phersphaessa; atque vidimus (p. 140.), hanc deam non differre ab Athore, ♂ feminino. Maxime vero probabilis est Porphyrii (Abst. IV. p. 352. Rh.) deriuatio Phersphattae a *περβειν* et *γαττα*, *columba siluestris*, quam Aelianus (III. 44.) describit. Etiam conferre licet vocabulum *φάλακα* *صَعْرَة* (MS. Par. No. 45. p. 26.) certum auium genus denotans. Adde locum Herodoti (I. 138.), quo narrat, columbas albas in Persia Soli infestas fuisse, quod solius ♂ animalibus conuenit. Itaque negari nequit, columbam ♂ symbolum fuisse. Significat vero etiam ♀. Huc facit locus Aeliani supra allatus. Constat vulgo, in monumentis Bacchicis praeter alia ♀ animalia adesse columbas, quae significant ♀ dominam ♃, quo in signo ☉ quum versatur, Bacchus Osiris vocatur. Venus nata dicitur ex ovo, cui columbae incubauerint (Hygin. F. 197.). Semiramis summa pulcritudine, quae ♀ propria erat (I. §. 51. p. 64.), insignis, columbis nutritur, quippe montanis (Kreuzer Symbol. I. p. 77.). Porro columbarum celebratur maxima fecunditas, quae ♀ est propria. Apollodorus (Apollon. Schol. III. 593.), *columba, inquit, antiquitus Aphroditae (♀) sacra fuit propter luxuriam.* Hinc in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. T. 49.) Oecodespota ♃, quippe ♀, columba exprimitur. Diserte Aelianus (IV. 2.) testatur, Veneri (♀) sacras esse columbas rubras. Quid multis? Sexcentis in locis columbae ♀ sacrae commemorantur. Denique vero columba etiam ♃ significat, quippe ♀ simillimam. Id primum sequitur ex loco Aeliani laudato. Ceres enim seu Isis ♃ est, vt vidimus (p. 137. al.). Huc spectat, quod columba viduarum simulacrum valebat, quod spectat ad ♃, marito Osiride orbatam (Horap. I. I. Kreuzer Symb. IV. 164.). Denique huc facit fabula de Trygone (turture) nutrice Aesculapii. Aesculapius enim Octauus Cabyrorum, h. e. terra (v. sup. Esmun) nutritur a ♃, quam omnis fertilitatis auctricem praedicabant. Itaque cadit in columbam, id quod de vacca vidimus, nimirum quod tres planetas ♂ ♀ et ♃ significet. Hi omnes etiam Veneris nomine insigniuntur, peculiariter vero ♂ Veneris Vraniae. Quemadmodum vero vaccae distinguebantur insignibus, ita et aliae columbae ♂, aliae ♀ et ♃ sacrae fuisse videntur. Ex locis autem, quos attulimus, id saltem claret, columbam albam ♂, rutilam ♀, turturem ♃ conuenire.

Coruus, κορούξ, ΑΒΩΚ, ΑΒΟΚ, ΑΒΟΚΕ, ΑΒΟΟΚΕ, ♀ significat. Teste Ouidio (Met. V. 329.) Delius (♀) mutatus est in coruum, quum Dii fugerent Typhonem. Constat vero, Apollinem ♀ vocari. Item Aelianus (I. 47. 48. VII. 18. XI. 7.) coruum Apollini adscribit. Idem (II. 51.) coruum amicum vulpis (♂) et famulum Apollinis dicit (I. 47. 48.). Huc spectat fabula de Moeridis cornice (Aelian. VI. 7.), quae literas transmisit. Comparandus enim est accipiter, qui librum sacrum Thebas portauit. Hinc et nuncii, et literae ♀ sunt (I. §. 52. p. 65.). Ceterum veteres saepenumero coruum cum coruo nocturno, seu noctua, confundunt, qui non ad ♀, sed ♂ et ♀ pertinet, de quo infra. Hinc coruus symbolum Mineruae habebatur. Sic Horapollo (I. 8.) narrat, duas cornices exprimere Martem et Venerem (Vraniam), quoniam gemina oua (δυο ὠα) pariat. Quod non conuenit cornicibus, quae multa oua pariunt, sed auibus rapacibus. Ceterum Horapollo eodem in capite tradit, Martem et Venerem (Vraniam) exprimi accipitre h. e. vulture, quod aliis ex locis claret.

Coturnix, ὄρνιξ, ΜΕCΙΩ† Μ ΠΕΡΙ, (ὄρνιθομητρα, proprie *parens veris*) ♀ significat. Supra monuimus (v. Oryx), ὄρνιξ et ὄρνιξ, quae promiscue adhibentur, pro animalibus ☉ aduersariis vsurpari, quippe ♀ propriis. Huic assentit nomen Copticum *parens veris*. Ver enim, seu nouus annus, sensu strictiori incipit post solstitium hibernum in ♀ domicilio, ♄ signo. Quare profecto coturnix, quippe ♄ seu ♀ significans, dici poterat *parens veris*. Diserte autem Horapollo (I. 49.) hanc volucrem *prauam et infensam Deae* dicit. Hinc etiam Osiridi sacrificabatur. Eudoxus apud Athenaeum (IX. 392.) ait, Phoenicios Herculi coturnices immolare, quoniam Hercules in Libyam proficiscens et interfectus a Typhone, Iolao coturnicem ipsi admonente et praebente olfaciendum, reuiuixerit. Horapollo (II. 10.) coturnici perseuerantiam et constantiam (διαμωρην και ἀσφαλειαν) adscribit, quae ♀ sunt virtutes (I. §. 47. p. 59. n. 2.).

Cucupha, κουκουφα, ♀ symbolum esse videtur. Hanc auem plerique pro ciconia habent (Horap. p. 191. Hoesch.). Puto autem, eam significare aut vpupam, aut gruuum genus. Dicit enim Horapollo (I. 55.), *diuinorum sceptrorum cucupham insigne atque ornamentum apud Aegyptios esse solere*. Loquitur de sceptris in deorum manibus conspicuis. His autem sceptris impositum est caput auis haud longo rostro insigne, in cuius fine pennae longae eminent. Cuius generis pennas in occipite gerunt vpupae et grues. Ceterum cucuphae adscribitur pietas in parentes, quae omnibus ♀ animalibus communis est. Vpupae praeterea praesagium adscribitur (Hor. II. 92.), quae ♀ est eiusque animalibus propria, atque summa pietas in parentes (Ael. X. 16.). Hinc cum Dii semper iuuenes putentur, clarum est, cur gestent scepra capite cucuphae, quae ♀ semper iuuenilem (I. §. 52. p. 66.) significant. Eandem ob causam Dii signum Veneris iuuenilis (♀), seu crucem ansatam tenentes finguntur. Ceterum vpupa auibus oscinis annumerari meretur, quae diserte ♀ planetae adscribuntur (I. §. 52. n. 5. p. 67.).

Cygnus, ὄλορ, κυκνος, ♀ et ♀ significare videtur. Horapollo (II. 39.) tradit, cygnum significare senem musicum. Musica vero ♀, senectus ♀ proprietates sunt. Aelianus (II. 32. XIV. 13. XI. 1.) cygnum Apollini (♀) tribuit. Ipse (X. 36.) musicam et cantum iis adscribit atque, Apollinis in templo laudes eius decanere cygnos, testatur (XI. 1.). Hinc etiam constellatio cygni coelestis aliis est miluus, aliis gallina, aliis ciconia, quae sunt ♀ animalia (Dupuis Orig. III. 2. p. 137.). Cygnum vero ♀ quoque significare, apparet non solum ex loco Horapollinis, sed etiam ex fabulis

Graecis. Nemesis (ἥ) a cygno, tamquam marito (ἥ), grauida facta ouum genuit, quo apud Ledam (ἥ) Helena prodiit (Hyg. l. 2. c. 3.). Germanicus vero (c. 24.) matrem Helenae et Ledam, et Nemesin appellat. Theon (p. 136.) tradit, ex vtraque nasci Helenam et Dioscorides (ἥ). Item Hyginus (F. 77.) narrat, ex Leda prodiisse Helenam et Pollucem. Habes itaque fabulam notissimam, qua Anubis (ἥ nocturnus) e Nephthy (ἥ) prodiit. Ceterum distinguendum est inter cygnum vocalem et cygnum mutum seu olorem, quorum ille haud dubie ἥ, hic ἥ sacer fuisse videtur. Etiam silentium ἥ est proprium (I. §. 47. p. 59.).

Gallus, gallina, ἀλεκτωρ, ἥ-εργω (gallina), ille ♂, haec ἥ significare videntur. Gallus in galea Mineruae (♂) cernitur (Pausan. VI. 26. 2. p. 228. Fac.), atque omnino Mineruae Erganae sacer habebatur, nec non in Syria deo Nergal (♂), ignis (♂) et armorum (♂) deo (Kreuzer Symb. II. 90. 746.). Hinc Aelianus (XVII. 46.) narrat, gallinaceos (ἀλεκτρονας) in templo Herculis (♂) haberi eique sacros esse. Tradit vero etiam Aelianus (XVII. 46.), gallinas Herae sacras eius in templo haberi. Hera vero, etsi ἥ significet, conuenit tamen passim cum Hebe, atque ἥ terrae domino, Esmuno, Aesculapio, Anubide, Nephthyos (ἥ) filio. Et hinc Aelianus (IV. 29.) gallum Latonae (ἥ) amicum dicit. Huc spectat locus Plutarchi (Sym. III. 6. p. 654.): ὁ δὲ ὄρθρος τὴν ἐργάνην Ἀθηνᾶν (♂) καὶ τὸν ἀγοραῖον Ἐρμῆν (ἥ) ἐπανιστήσι. Rem eandem Aelianus (l. l.) gallo adscribit.

Grus, γερανός, γρῦν, τῆβι, ἥ symbolum. Apollo (ἥ), vt Hyginus (L. II. c. 28.) refert, mutatus est in gruem, Threiciam auem; teste Ouidio in coruum, ἥ auem. Hinc gryphea ornamenta in tripode Apollinis (ἥ), qui in Zodiaco antiquo (Kreuzer Symb. Tab. 36.) cadit in Π signum, domum ἥ. Hinc Horapollo (II. 98.): *sideralis*, inquit, *scientiae gnarum cum significant, gruem volantem pingunt (γερανόν)*. Astronomia vero soli ἥ planetae adscribitur (I. §. 52. p. 65.). Hinc gruibus summa vigilantia tribuitur (Horap. II. 94. Ael. III. 13.). Vigilantia vero ἥ est, qui custos Osiridis (☉) appellatur, eandemque ob causam canem sibi sacrum habebat.

Hirundo, χελιδών, ἄλξ ἢ βῆρι (passer veris) ἥ nec non D (?) significare videtur. Aelianus (X. 34.) eam ἥ adscribit. *Τμαται*, inquit, ἥ *χελιδών θεοῖς μοιχοῖς καὶ Ἀφροδίτῃ, μοιχῶν μὲντοι καὶ ταυτῆς*. Dii moechii sunt Saturnales, cui deo ἥ perfidia et matrimonia infelicia adscribuntur (I. §. 47. p. 59. n. 1. 4.). Venus vero illa moechia, quae vulgo Vrania dicitur, est ἥ femininus, cui columbae, vaccae sacrae et alia adscribuntur. Hinc Horapollo (II. 31.) hirundinem dicit significare opes paternas intactas filiis relictas. Thesaurizatio autem ἥ propria (I. §. 47. p. 59. n. 4.). Hinc Aelianus (l. c.) mala quaecunque, quae ἥ sunt, hirundini adscribit. Tradit vero etiam Plutarchus (Is. p. 357.), Isidem, mortuo Osiride marito, in hirundinem mutatam esse in Phoenicia atque lamentabilem vocem edidisse. Sane Isis plerumque D significat, neque improbabile, cum alia animalia multa et ἥ et D sacra fuerint, etiam hirundinem vtrique deae propriam fuisse. Desunt tamen mihi alia argumenta satis probantia.

Ibis, ἰβίς, ἔπιπ, ἥ symbolum, nigra D. Antonius Liberalis (Met. F. 28.) atque Ovidius (Met. V. 329.) tradunt, Mercurium (ἥ) mutatum esse in Ibidem, quibus assentit Hyginus (P. Ast. II. c. 28.). Plutarchus (Symp. L. IX. Q. 3. p. 738.): „Mercurius primus deorum in Aegypto traditur inuenisse literas. Itaque Ibin (ἥ) signum primae literae fecerunt.“ Horapollo (I. 10.): ἥν (scarabaeorum speciem) ἔργῃ διαφερεῖν ἐνομισαν, κατὰ καὶ ἰβίς το ὄρνεον. Idem (I. 36.): *Ibin pingunt,*

quod quidem animal Mercurio attributum ac dicatum est. Item Plato (Phaed. p. 212.), Plutarchus (Sym. 738.) Aelianus (X. 29.) aliique. At vero negari nequit, alios etiam ☽ Ibin adscribere. Aelianus (II. 38.): *ιερα της σεληνης η̄ ὀρνις̄ ε̄στιν̄ ιβις̄*. Loquitur autem infra de ibide nigra. Idem tradunt Plutarchus (Is. 381.), Clemens (Strom. I. 5. p. 567.). Quamquam vero ☽ et ☿ multa habent communia; probabilius tamen est, Ibidem vulgarem ☿, nigram ☽ sacram fuisse. Ceterum de penna Ibis idem valere videtur, quod de tota aue diximus. Horapollo enim tradit (II. 81.) pennam Ibis crocodilum ea tactum immobilem reddere. Ex quo sequitur, pennam Ibis naturae ♀ maxime oppositum esse, quod cadit in ☽ et ☿ sacra.

Locusta, cicada, cicuta, κωνειος, ἀκρις, τεττιξ, βεξι, ωυξε, ♂ et ♀ symbolum. Astrologi vtrique planetae locustas adscribunt (I. §. 47. 49. n. 5. p. 60. 62.). Neque hoc mirum, cum hoc animal maxime noxium esset Aegyptiis, atque ♀ et ♂ patrocinentur noxiis quibusque animalibus. Diserte autem Aelianus (IV. 23.) cicutas (κωνειους) venenosas homini, non suis dicit. Ergo cicuta cum sue (♀) conuenit. Idem (XIII. 26.) de cicadis marinis (τεττιξ̄ ἐναλιος̄) tradit, eas Perseo (♂), Iouis filio, sacras esse. Ergo et τεττιξ̄ terrestris ♂ conuenit. Perseus enim, ut vidimus (p. 116.), ♂ est. Hinc factum est haud dubie, ut Athenienses propter deam suam tutelarem Mineruam (♂) cicadas (τεττιγας) arte factas capillis gestarent. Huc facit locus Horapollinis (I. 55.), quo dicit, hominem *μυστικον* et *τελειστην* significari cicada (τεττιγι). Sapientia enim secreta, ut Atheniensium, ita et Saitarum ♂ propria. Itaque distinguendum videtur inter cicadas (τεττιγας), quae cum locustis (ἀκρισι) ♂ significarent, atque inter cicutas (κωνειους) ♀ sacras.

Musca, μυια, αψ, musca canina, κνομυια, αψ̄ η̄ ογζορ, ♂ et ♀ significare videntur. Teste Horapolline (I. 51.) musca est impudentiae symbolum. Impudentia vero crocodilo (♀) adscribitur. Item Aelianus (II. 29. VII. 19.) et Philo (Mos. I.). *Impudentia*, inquit Aelianus, *sunt animalia muscae et canes*. Quo ex loco elucet, muscam caninam potius ♀ respondere. Tradit hinc Aelianus (II. 29. IX. 15.), muscam seorsim esse audacissimam et venenosam, quae proprietates sunt ♂ potius. Cogitandum itaque de musca aculeata ♂ sacra.

Noctua, γλανξ, ὠτος (aurita), νυκτικοραξ (coruus nocturnus) ΜΟΥΛΛΑΣ, ♂ symbolum. Reperitur haec avis passim in numis Saiticis iuxta Neitham siue Mineruam (Vaill. Num. Aeg. p. 114.), quae ♂ est femininus. Item Mineruae (♂) constans symbolum habetur noctua. Diserte Aelianus (X. 37.) hanc auem Mineruae sacram et caram dicit. Hinc in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. Tab. 49.) Oecodespota ♀, quippe ♂, exprimitur noctua, dominus ♀ quippe ♀ columba, dominus ☿ ☿ tripode et sic porro. Teste Horapolline (II. 25.) nycticorax significabat mortem inopinatam, quae ♂ est (I. §. 49. p. 62.). Caeterum noctua saepenumero simpliciter coruus appellatur, qui ipse ♂ tribuitur (Horap. II. 8.). Vide s. Coruus.

Passer, στρουθος, βλας, ♀ symbolum. Admodum enim clara sunt, quae Horapollo (II. 115.) tradit, si conferantur cum astrologis (I. §. 51. p. 64.). De passeribus Veneris (♀) vero in vulgus constat. Negari tamen nequit, in illa concubitus repetitione septena esse aliquid, quod ♀ innuat, siue Venerem Vraniam. Ceterum et apud Indos ♀ planeta passere vectus fingitur (Kreuz. Symb. Tab. XXXI.).

Pauo, ταων, ♀ sacer esse dicitur. In Zodiaco (Kreuz. Symb. T. 49.) significat Oecodespotam ☿, nimirum ♀. Porro haec est Iunonis avis, quae teste Manilio (Poet. Ast. p. 170. Bas.) est

domina \approx . Deinde Aelianus (III. 42. et V. 21.) tradit, eum pennis quidem pulcrum, corpore vero deformem esse, atque ostentantem et superbum, quae h sunt proprietates. Etiam fabula Aeliani (XI. 33.) ad h spectat. Tamen ille pauonem Ioui sacrum dicit (l. c.). Quod quomodo cum superioribus concinnari possit, non video.

Pelecanus, $\pi\epsilon\lambda\epsilon\kappa\alpha\nu$, ϱMH , $\varrho\gamma\text{MH}$, z vel potius z designare videtur. Adscribitur ei enim summus amor in parentes, vt reliquis z auibus, neque vero prudentia (Horap. I. 54. Ael. III. 23.), quae z potius denegatur.

Perdix, $\pi\epsilon\rho\delta\iota\chi$, h et z significare videtur. Aelianus enim (X. 35.) Iouem (z) et Latonam (h) hac aue delectari dicit. Idem (XVII. 15.) narrat, numerum septenum perdici sacrum esse. Significat autem h et septimum planetam, et septimam sphaeram, et septimum genus hominum, et septimum diem, et septimum sonum musices, et septimam vocalem eiusque generis alia. Ceterum perdix saepius confunditur cum coturnice, h sacra. Hinc Horapollo paederastiam quoque perdici adscribit (II. 95.), quum quaelibet sorditudo h conueniat.

Phoenix, $\varphi\omicron\iota\nu\chi$, \odot et z significare videtur. Teste Herodoto (II. 73.), aquilae simillimus erat, quam \odot et z sacram fuisse vidimus. Dicitur etiam phoenix Heliopoli patrem sepelire, quae \odot est ciuitas, eodemque reuerti post 500 annos circiter. Hic autem numerus spectat haud dubie ad z planetam, qui post 500 annos circiter iterum cum \odot coniunctus eodem die oritur. Hinc Horapollo (I. 34.): *Phoenix*, inquit, *symbolum Solis est*. Accedit quod palma, quae z et \odot est symbolum (v. infra), ipsa etiam $\varphi\omicron\iota\nu\chi$ vocatur.

Picus, $\delta\rho\nu\omicron\kappa\omicron\lambda\upsilon\pi\tau\eta\varsigma$, (*Picus*), m symbolum. Aelianus (I. 45.) pico adscribit m virtutes, v. c. aedificationem (I. §. 49. p. 61.). Eius cognomina sunt $\epsilon\upsilon\theta\alpha\rho\sigma\eta\varsigma$ *καὶ γυνος*; dicitur filios Martis nutriuisse atque in luco Martis vaticinatus esse (Kreuz. Sym. IV. 427. ss.), quae omnia m clarissime designant. Etiam quercus, qua nidum picus excauet, m est sacra, quippe ilex.

Scarabaeus, $\kappa\alpha\nu\theta\alpha\rho\sigma$, $\beta\alpha\lambda\omicron\upsilon\gamma\kappa\varsigma$, خنافس , خنافس (MS. P.) maxime D significat. Horapollo (I. 10.): *Vbi scarabaeus*, inquit, *sobolem procreare vult, bouis fimum nactus globulum ex eo eiusdem cum mundo figurae fingit. Quem vbi ab ortu in occasum aduersis pedibus volutarit, ipse rursus, vt orbi persimilem figuram edat atque exprimat, in ortum conuertitur. — Hanc itaque pilam in terra defossam reponit in dies octo et viginti. Nam et totidem diebus Luna duodecim Zodiaci signa perlustrat ac semen vilale suscipit scarabaeorum genus. Nono autem et vicesimo die apertam pilam in aquam coniicit (eum enim diem esse putant, quo et Luna cum Sole congregitur et mundi insuper fiat generalio), quae dum in aqua aperitur, prodeunt animalia, hoc est scarabaei. En scarabaeum viuum D simulacrum. Horapollo (II. 40.) tradit, scarabaeum Solis splendore excoecatam perire, quo innuit, D in nouilunio lumen amittere ac quasi perire mensis ad instar. Hinc scarabaeus in lingua Apidis, D sacri. Ceterum in Zodiacis Aegyptiacis Tentyritico, Latopolitano, tum in Parisino a Letronnio edito, Lugdunensi (Reuens lettres à M. Letr.) aliisque scarabaeo exprimitur D , domina S signi. Itaque negari nequit, scarabaeum significare D . At Horapollo (I. 10.) tria scarabaeorum genera enumerat, quare non mirum, alios scarabaeos aliis planetis sacros fuisse. *Sunt*, inquit, *scarabaeorum formae tres. Prima felium specie ac velut radiis insignita, quam et Soli ob significationem quandam dicarunt. — Habet autem et scarabaeus omnis digitos ($\delta\alpha\kappa\tau\upsilon\lambda\omicron\upsilon\varsigma$) triginta, idque ad indicium triginta mensis**

dierum, quibus Sol oriens suum per singula Zodiaci signa cursum peragit. Alterum scarabaeorum genus bicornis est et taurina specie. Quod cum et Lunae consecratum sit, inde etiam eum, qui inter sidera relatus est, taurum huiusque deae (♃) elevationem (ὑψωμα) esse perhibent Aegyptiorum filii. Tertium unicomis est et suae peculiaris forma, quod et Mercurio sacrum esse, ut etiam est Ibis avis, existimarunt. Itaque alterum scarabaeorum genus ☉ sacrum, quod et Clemens (Strom. V. 555.) et Aelianus (X. 15.) et Eusebius (III. P. E.) aliique testantur. Denique vero non dubium est, quin scarabaeus quidem etiam ♂ designauerit. Teste Aeliano (X. 25.) milites in annulis gerebant scarabaeum legislatoris indicem. Item Plutarchus (Is. 355.). Milites vero ♂ proprii (I. §. 49. p. 61.), qua de re milites, ut vidimus, in nomis ♂, Thebis et Sai, stationarii erant. Hinc Neitha (♁) in capite gerebat scarabaeum (Ouid. Met. v. 689.). Hinc Horapollo (I. 13.) tradit, et Vulcanum (♁), et Mineruam (♁) scarabaeo exprimi. Huc spectant scarabaei capite arietino insignes, qui passim in museis Aegyptiis reperiuntur. Aries enim ♂ signum. Huius generis esse videtur scarabaeus minutus septempunctatus, colore rutilo, quem nostrates etiamnum vocant diuinum (Gotteskügelchen), quum septem puncta responderent septem planetis, globuli superficies vero coelo stellato, ♂ sacro. Itaque significant scarabaeus vulgaris, seu stercorarius ♃, alius bicornis specie taurina ☉, alius unicomis forma peculiari ☿, alius denique ♂ planetam.

Struthio, στρουθιος, ☉ symbolum. Propter regias suas proprietates et virtutes sane hoc animal optime ☉ conuenit. Tradit autem Aelianus (XIV. 7.), lapillis struthionis sanari oculorum morbos. Oculorum vero morbi ☉ sunt (I. §. 50. p. 63. n. 4.), atque tenendum, quae res sunt planetae cuidam sacrae, iis sanari eos morbos, qui eidem planetae adscribuntur. Sic caepa, ♄ sacra, sanatur hydropsis, ♄ morbus (I. §. 47. p. 59. n. 4.). Alia exempla supra vidimus. Itaque struthio ☉ symbolum. Huc accedit, quod hoc animal item struthiocamelus vocatur. Camelus vero ☉ symbolum. Quod vero Horapollo (II. 118.) tradit, struthiocameli pennam significare iudicem iustum (ισως πασι δικαιον ἀπονεμοντα), id haud dubie spectat ad ♄. Hic enim planeta Vltio, Νεμεσις, vocatur; atque constat de Plutonis (♄) et Rhadamanthi (♄-ἸΤ-ΑΜΕΝ†, sol inferni) iustitia. Vidimus autem, animalia maiora integra quidem suum planetam dominum habere, eorum vero partes plerumque aliis planetis subiectas esse. Itaque penna struthionis ♄ est symbolum, de quo infra.

Trochilus, τροχιλος, ♄ symbolum. Notissima est fabula de trochilo, aue palustri, crocodili amica (Ael. VIII. 22. X. 47. XII. 15.). Animalia vero crocodilo (♄) cara, eadem ♄ propria sunt.

Vespa, σφηξ, ψαλλογκι; *apis*, μελισσα, ΛΦΝἘΒΙΩ (musca mellis), ΛΦΜΒΙΟΥ (vespa σφηκία) ♂ significant. Animalia venenosa et punctio omnino ♂ sunt. Narrat vero Aelianus (V. 16.), vespas venenum e vipera (♁), ut Herculem (♁) venenum sagittarum ex hydra haurire. Vipera vero ♂ est animal (I. §. 49. p. 62.). Hinc Horapollo (I. 62.): *innuunt*, inquit, *tum ex mellis insigni utilitate, tum ex vi, quam in aculeo habet hoc animal (μελισσα), apem utilem simul et potentem esse ad res gerendas regum*. Potentia vero ♂ Σομι (ΧΩΜ potentia) proprietas est. Hinc clarius Horapollo (II. 24.) tradit, vespam volantem (ἀεροπετη) aut crocodili noxium sanguinem (♁), aut caedem (♁) designare (v. I. §. 48. p. 61.). Hinc apes Indorum sacrae pingebantur caeruleae (Kreuz. S. IV. 390.). Caeruleus enim color ♂ proprius (v. infra). Hinc apes Graecorum aeris

colore esse dicebantur (Ael. XVII. 35.), quod ♂ est metallum. Itaque negari nequit, vespas atque apes ♂ significare. At vero caute distinguendum est inter apes atque apes masculas, nec non apum reginam vel regem (ἑσσην). Hae enim apium species 2 sunt sacrae. Disertis enim et claris verbis Ammianus (XVII. 4. 11.) tradit, *regem ape denotari, quoniam aculeum non habeat*. Zeus enim, ὄϊοϛ (dominus), regem κατ' ἑσσην significat. Hinc Callimachus Iouem ἑσσηνα appellat (Kreuz. S. IV. p. 391.). Et huc tot aliae spectant fabulae.

Vulpanser, χηναλωπηξ, ♀ significare videtur. Hoc animal (anas tadorna Linn.), Aeliano teste (V. 30.), differt indole ab ansere, licet forma simili; multa vero communia habet cum vulpe propter callidam improbitatem (παιονογιαν). Vulpes autem ♀ symbolum atque callida improbitas ♀ propria (I. §. 52. p. 65.). Deinde Aelianus (X. 16.) vulpanserem componit cum vpupa et ciconia, ♀ sacris, eiusque pietatem in filios laudat, quae eadem ♀ propria dicitur (I. §. 52. p. 65.). Porro Horapollo (I. 53.) tradit, vulpanserem filium significare. Quo innuit haud dubie Horum, Osiridis et Isidis filium, ♀ planetam, et ☉, et ☽ simillimum. Huc etiam spectat, quod anser (χην) passim Isidi valde cara dicitur. Hoc enim non quadrat in anserem vulgarem, ☽ sacrum et ☉ et ☽ infensum, sed in aliud anserum genus (Ael. V. 30.), nimirum vulpanserem, qui sane cum ansere confundi poterat. Constat autem de amore Isidis in filium Horum, tum ☉ verum, tum ♀. Ceterum ex loco Herodoti (II. 73.): „Aegyptiis sacra sunt etiam lepidotus, anguilla, quae, vt aiunt, Nilo consecrantur, atque inter aues vulpanser:“ hoc tantum sequitur, vulpanserem sacrum cogitari respectu ad Nilum (☉), quod sane cadit in ♀ animalia, quippe filii ☉ dilecti. Negari tamen nequit, probabile esse, vulpanserem nonnunquam et ☽ significare, quum ☽ et ♀ simul multa alia animalia sibi sacra habeant, atque anser (vulpanser) Isidi sacer dicatur (Jabl. Panth. III. p. 3.).

Vultur, γυψ, ΝΟΥΡΕΡ (ΖΑΨΙΤ?), plerumque ♂, nonnunquam ☽ significat. Hoc auium genus (vultur barbatus Lin.) rapacissimum et fortissimum, in Aethiopia maxime frequens, sane per naturam suam vtrique planetae conuenit. Horapollo (I. 12.) tradit, vulturem significare Mineruam (♀) et Iunonem (☽), quoniam apud Aegyptios Minerua superius coeli hemisphaerium, Iuno vero inferius occupauerit. Idem (I. 13.) ait, Vulcanum (♂) et Mineruam (♀) vulture exprimi. Deinde monitum, accipitrem saepe cum vulture confundi, vt locus Strabonis docet (v. accipiter supra). Hinc Aelianus (XII. 4.) diserte accipitrem ossifragam et harpam (σηνην και ἄρπην) Mineruae (♀) adscribit. Hinc Horapollo (I. 8.) tradit, accipitrem (ossifragam) Martem (Αρεα) et Venerem (Vraniam) denotare. Hinc vultur partem habet in pugnis et bellis, quae ♂ sunt propria (Horap. I. 11.). Significat autem vultur et ☽. Teste Horapolline (II. 96.), aquila rostro adunco (vultur), qui sane, deficientibus pennis in capite, senis speciem prae se fert, senem significat. Senium vero ☽ proprium (I. §. 49. p. 59.). Hinc Aelianus (X. 22.) vulturem Iunoni (☽) et Isidi (☽ in ☽) sacrum dicit. Docet Eusebius (P. E. III. 12.), vulturem denotare Lunam, vim gignendi ciendique ventos habentem; quod spectat ad Isidem seu Lunam nouam in ☽. Hinc Horapollo fabulatur, vulturem Soli tergum aduertere (I. 11.), quo significat inimicitiam, quae Osiridem et Typhonem (☉ et ☽) intercedat. Hinc idem ibidem, Vraniam (☽) vulture exprimi, ait. Neque obscure ☽ innuit eo, quod narrat, vulturem septem ante pugnas diebus locum pugnae funestissimum praefinire et circumscribere (I. 11. p. 18.). Numerus enim septenarius septimo planetae, nimirum ☽, sacer erat, vt vidimus (art. *Perdix*).

III. *Amphibia, serpentes et insecta reptilia.*

Araneus, ἀράχνης, ΚΤΑΣΟΥΛΑ, ♀ symbolum nec non ♂. Aelianus (I. 21.); *textrinam*, inquit, et *lanificia Deam Erganem* (♂) *inuenisse, fama hominum celebratum est.* Araneus vero ad textrinum opus sua sponte naturaque factus est. Idem (VI. 57.): *non modo extendendi solertiam*, inquit, *aranei praeclare tenent, ac similiter vt Minerua, lanificii illa praeses et solertissima dea* (ἐργανη και πινυτη θεα), *tereti manuum ministerio et tenui valent; sed et natura etiam sunt ad geometriam eruditi. Nam centrum seruant — neque interim Euclide egent. Ad medium autem centri sedentes insidias praedae suae tendunt. Etiam sarciendi artificio excellunt.* Constat vero (p. 65.), geometriam et insidias ♀, texturam ♂ proprias esse.

Aspis, ἀσπις, ροϕ, ρϕω (etiam ὄφις); *vipera*, ἔχις, λσω, ♂ significant. His enim nominibus serpentes venenosi insigniuntur ♂ omnes sacri. Diserte autem vtrumque genus astrologi ♂ adscribunt (I. §. 49. n. 5. p. 62.). Ouidius (Met. IX. 687.) septem planetas ita compellat: ♃ Inachin, ♀ latratorem Anubidem, ♀ sanctam Bubastin, ☉ variis coloribus Apidem, ♁ silentem digitoque silentia suadentem, ♃ Osiridem, ♂ plenam somniferi serpentem peregrinam veneni. Est autem serpens venenosa notissima illa Thermuthis dicta (†-ΕΡ-ΜΟΥΤ mortifera), vnde et ♂ mensis Pharmuthi (ϕ-ΕΡ-ΜΟΥΤ mortifer) dicitur. Hinc etiam ♃ vocatur Thermuthis, quum in ♂ domibus versatur, de quo supra satis dictum. Quare fingebatur ♃, viperam gerens (Aelian. X. 31.), et dicebatur impiis viperas immittere (Plut. Is. p. 380.). Quemadmodum vero ♂ apud Aegyptios, ita et apud Graecos serpentes sibi sacros habebat. Satis enim constat de serpentibus Mineruae seu Athenae. Huc spectat serpens Thebanus, qui fontem Martis custodiebat. Respondent Thebae Aegyptiorum quidem Thebis Graecorum, h. e. γ, domicilio ♂. Ceterum aspidis genus ♃ et ♀ sacrum fuisse, sequentia docent. Horapollo (I. 59.); *porro*, inquit, *anguis* (ὄφις) *nomen est apud Aegyptios Meisi* (Μεῖσι), h. e. μη-ιϑι, dilecta Isidis (♃ et ♀). Hinc Aelianus (An. X. 31.) Isidi adscribit aspidem, *quam hominibus sceleratis immittat*, quaeque imaginibus Isidis addatur. Ceterum in Zodiaco Indico (Transact. of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) prima ♃ statio, cui ♃ praeest, aspidem illa exprimitur.

Basiliscus, *Vraeus*, βασιλισκος, οὐραϊος, (ΠΕΤ-ΟΥΡΟ), ♃ et ☉ designat. Horapollo tria serpentium genera enumerat (I. 1.), quorum vnum, etsi passim alia cum aliis confundantur, regium dicit. Sane reges sunt symbola ☉ et ♃, quare Zeus, Deus, θεος, princeps seu dominus κατ' ἔξοχην dicitur. Quum vero ☉ et ♃ maxima quaeque animalia eaque non venenosa consecrata fuerint; sequitur, basiliscum siue Vraeum, serpentem maiorem, boae similem, ☉ et ♃ significasse. Eiusmodi serpentes ☉ et ♃ sacros fuisse, aliis etiam ex locis clarum est. *Aeuum* (annum) *innuere volentes*, ait Horapollo (I. 1.), *serpentem pingunt, cuius cauda reliquo tegatur corpore. Hunc Aegyptii quidem lingua sua Vraeum, Graeci vero Basiliscum appellant. Eundem ex auro conflatum diis circumponunt.* Tempus quidem omnino, seu aeuum vel annus, ☉ conuenit, temporum spatia circumscribenti. Hinc Horapollo (II. 2.) tradit, serpentem aliquem et Zodiacum (mundum), et annum significare propter squamas, quae stellas significant, et propter annuam pellis renouationem. Ergo serpens ille Iouem, Zodiaci dominum, et ☉ quotannis renouatum significat. Huc spectat fabula (Theon. p. 113.) de Ioue (♃) in serpentem mutato. Quod enim tradit,

Iouem, vt Saturni (♄) persecutionem effugeret, serpentis formam subiisse, id spectat aut ad ☉, aut potius ad ♃, dominum signorum Zodiaci. Vidimus enim, inde, quod duodecim dii prae timore Typhonis (♁) animalium formas subierunt, duodecim Zodiaci animalia orta dici. Ergo serpens inflatus, Deorum Aegyptiorum et regum in capitibus conspicuus, est Vraeus ille, seu Basiliscus, ♃ et ☉ symbolum.

Cneph, *Cnuphis serpens*, κνηφ, κνουφίς, ☉ et ♃ significare videtur. Haud dubie *Cneph*, ΧΗ-ΝΟΥΦΙ, *ens bonum*, cognomen est serpentis Vraei, Basilisci, de quo iam diximus. Tradit enim Philo (Euseb. P. E. I. 10. p. 41.), „primum Aegyptiorum numen sanctum esse serpentem capite accipitris, vt in monumentis apparet. Qui, quum sursum prospiceret, omnia luce impleret; quum vero clauderet oculos, tenebras spargeret“. Itaque clarum, agi de serpente ☉ symbolo. Sane accipiter ☉ sacer habebatur. Vidimus autem supra (p. 103.), *Cneph* ☉ significare. Hinc Eusebius (P. E. I. c. 10. p. 41.) testatur, *Cneph*-Agathodaemonem exprimi serpente, discum solarem ambeunte. Item Horapollo (I. 64.), *omnium*, inquit, *moderatores* (☉) *significant pingentes anguem*. Sic et apud eos spiritus est (κνηφ), qui per vniuersum orbem permeat. Constat porro, *Cneph* Thebis cultum fuisse (Plut. Is. p. 359.); ex quo sequitur, quum Thebae respondeant ♃ domui, ♁ signo, *Cneph* serpentem ♃ quoque exprimere. Hinc Horapollo (I. 63.) tradit, regem serpente exprimi, integro quidem (i. e. longo) omnium principem (☉), dimidiato (i. e. breuiori) minorem principem, qui est ♃.

Crocodilus, κροκοδειλος, ΕΜΚΟΟΖ, ἸΜΑΖ (ἸΤΨΟΥΓ, χερσαιος), ΚΟΥΧΙ, ΧΑΡΟΥΚΙ (الضب) *crocodilus*, *lacerta*, ♁ nec non ♂ symbolum. Tradunt Plutarchus (Is. p. 371.) et Aelianus (X. 21.), Typhonem, vt iram Hori effugeret, formam crocodili adsciuisse. Horus est ☉ e solstitio hiberno prodiens. Vltio Hori cadit in proxima ab eo signa, ♁ et ♃, quae sunt ♁ domicilia. Ergo Typhon hoc loco est ♁. Teste Clemente (Strom. V. p. 566.), Plutarcho (Is. p. 371. 353.) aliisque crocodilus erat symbolum odii, impudentiae, nequitiae, quae ♁ sunt virtutes (I. §. 47. p. 59.). Hinc Plutarchus (Is. 380.) ait, „naturam omnem brutam et belluinam malo genio (♁) iure deberi, ideoque ad eum demulcendum et placandum eos ab Aegyptiis coli“. Hinc crocodili sacri erant in vrbe Ombos, ♁ prouincia, atque necabantur Copti, ☉ decuriae (Ael. X. 21.). Nam aduersarius ☉ Typhon (♁) putabatur. Hinc etiam in insula Elephantine (♀ decuria) et Tentyrae (♀ decuria) crocodilum incolae auersabantur (Herod. II. 69. Ptol. L. IV. c. 5. Strabo p. 593. Tz.). Nam ♀, seu Horus, ☉ naturae similis et amicus putabatur. Ipse Lucianus (Op. T. II. p. 358.) testatur, vnum de septem diis (planetis) in crocodilum mutatum esse. Quum vero crocodilus pariter atque ♁ omnis malitiae index haberetur; clarum est, crocodilum ♁ significare. Teste Horapolline (I. 69.), crocodilus significabat occasum Solis i. e. descensum ☉ ad ♁ hemisphaerium, atque cauda crocodili innuebantur tenebrae, quibus ♁ praest. Hinc diserte Aelianus (X. 21.) ait, Apollinopolitas (☉) crocodilum odisse, quia Typhon (♁) crocodili formam induisset. Ceterum in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) signum Zodiaci decimum, ♁ domus, quippe ♁, crocodilo exprimitur, quo fabula de Typhone (♁) in crocodilum mutato, supra commemorata, confirmatur. Quamuis vero certum sit, crocodilum ♁ esse symbolum; negari nequit, hoc animale rapaci etiam ♂ exprimi. Sane vtriusque planetae indoli crocodilus conuenit. Vtrique planetae et alia animalia noxia communia sunt (I. 54. p. 67.). Vterque planeta Typhon vocatur, cui di-

serte veteres crocodilum adscribunt (Plut. Is. 371. Ael. X. 21.). Hinc Aelianus (II. 33.) tradit, ex crocodilo (♂) nasci scorpionem, ♂ symbolum (I. §. 49. p. 62. n. 5.). Hinc Horapollus (I. 67.) dicit, crocodilum exprimere rapacem et insanum, quae ♂ sunt proprietates (I. §. 49. p. 61.). Hinc crocodilus etiam Athenis Mineruam (♀) significabat (Kreuz. Symb. II. p. 286. n. 4. 675.). Fingebatur enim Minerua crocodilo insidens. Sunt autem duo crocodilorum genera, alterum aquaticum, alterum terrestre (Ael. I. 58.); alterum maxime ferox (ΜΙΝΑΡ), alterum paullo mansuetius, Suchos (COΥΧΙ) appellatum et Arsinoae cultum (Her. II. 69. Strabo XVII. p. 558.). Quamvis vero Damascius (vit. Is. ap. Phoc. B. c. 1048.) tradit haec: ὁ σονχος δικαιοσ. ὄνομα δε κροκοδειλου και εἶδος ε̄ σονχουσ. οὐ γαρ ἀδικει ζωων οὐδεν: hoc tamen non ita intelligendum, ac si hoc crocodilorum genus totam suam naturam deposuerit. Constat enim (Ael. X. 21. Maxim. Tyr. XXXIX. p. 456.), etiam crocodilos, maxime cultos, incolarum liberos deuorasse idque parentes honori sibi duxisse. Puto itaque, quum ♂ minus perniciosus et malitiosus, quam ♀ haberetur, crocodilum aquaticum ♀, alterum ♂ significasse. Praeterea monendum, Indos (I. l.) stationem ♃ 24, cui ♀ praeest, specie crocodili parui exprimere.

Draco, δρακων, symbolum ♄. Etsi hoc nomine nonnunquam alia serpentum genera comprehendantur; claret tamen, proprie dracones denotare serpentum genus maximum, nempe boam constrictorem. Hinc Aelianus (II. 21. VI. 21.) dracones appellat, qui elephantum strangulent. Hinc in templo Serapidis dracones, nimirum serpentes 25 pedes longi habebantur. Hunc quidem draconem ♄ significare, sequentia docent. Constat, Typhonem Graecum, qui re non differt ab Aegypto, fingi immiani magnitudine gigantem, cui centum capita draconum ex humeris enata erant (Hes. Th. 821. 824. Pin. Pyth. I. et VIII.). Hinc Strabo (XVI. p. 516.) narrat, Typhonem fulmine Iouis vulneratum aufugisse, quum eum impugnasset. Teste Plutarcho (Is. 371.), Hermopoli erat tabula, qua Horus fingebatur accipiter hippopotamo insidens contra serpentem pugnans. Quae omnia spectant ad ☉ in ♄ ingredientem. Serpens enim ille ♄ significat dominum signorum ♄ et ☿ eorumque effectus, frigus. Eodem spectat serpens, qui inter pugnam Osiridis cum Typhone Thuerin (♄) ad Osiridis partes transeuntem prosequabatur, quem Horus interemit (Plut. Is. 358.). Hinc symbolum Ahrimani (♄) draco erat (Zendaesta I. p. 6.). Huc pertinet draco Lernaeus (☿) ab Hercule interemptus. Hinc ipse Graecorum Saturnus manu serpentem gerit. Hinc constellatio draconis coelestis dicitur filius Typhonis (♄) fuisse (Hygin. F. 30.). Denique vidimus, Serapin significare ☉ hibernum seu ☉ in domiciliis ♄ (♄ et ☿) versantem. Ergo ut alias, ita et huius Dei solaris attributa et insignia pertinent ad signa, quibus ☉ inest. Ergo draco Serapis ♄ symbolum. Hinc facile intelliguntur verba Plutarchi (Is. 362.): *Manetho, a cerbero et dracone coniecturis ductis, collegit, simulacrum Serapidis esse Plutonis* (♄). Huc facit, quod Indorum Zodiacus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationem ♃ 28, ♄ propriam, dracone exprimit.

Formica, μυρμηξ, χαρσιϋ, βασιϋ, ♂ significare videtur. Propter industriam summam, aedificationem et venenosum aculeum, quae omnia ♂ sunt, formica nulli magis convenit, quam ♂ planetae. Adde locum Aeliani (X. 42.). *Mortiferum*, inquit, *genus formicarum esse dicitur, quae Laertae nuncupantur. Eodemque nomine vespas quasdam appellant.* Ergo vespae, quae ♂ esse vidimus, formicis comparantur. Nomen *Λαιρτη* vero Aegyptiacum est a

λα *valde* et ερ† *pugnare* deriuandum. Reapse Artes (Αρτης) ♂ planetae est nomen (I. §. 4. p. 12.). Praeterea Horapollo (I. 52.) tradit, formicam significare cognitionem (γνωσιν). Sapiens vero cognitio Neithae et Mineruae, quippe ♂, maxime propria est.

Lacerta, σαυρος, σαυρη, ΑΥΛΕΛΙ (captor muscarum), ΧΑΡΟΥΚΙ (et crocodilus), ΑΝΘΟΥΣ (χαλαβωτης, γαλιωτης), ♀ symbolum. Propter celeritatem eiusque consuetudinem, solis in radiis versandi, sane hoc animal ♀ conuenit. Huc spectare videtur Horapollinis aenigma (II. 62.), quo hominem comburendum comparat cum salamandra forte propter caloris amorem, eique duo capita tribuit. Duobus capitibus et faciebus fingebatur ♀ nunc vespertinus nunc matutinus, Anubis, Janus. Ceterum in statu Apollinis (♀) veteres lacertam effinxerunt, vt aquilam iuxta Jouem.

Meisi, μείσι, serpens ♀ et ♀ sacer, de quo supra dictum in articulo Aspis.

Rana, βατραχος, χρογγ, ♀ symbolum. De rana arborea, vti constat, veteres diserte tradunt, eam Ioui esse sacram. Huc spectat prouerbium apud Petronium: *qui fuit rana nunc est rex*. Nam Iouis (♀) est regimen. Deinde constat e fabula de Latona, ranas a Ioue originem habere. Notum est, Deos constanter fere ea animalia atque vegetabilia procreasse, quae ipsis sacra putabantur. Huc facit fabula de ranarum generatione in aere, quae Iouis, Διος, est (Ael. XVII. 41. Diodor. S. L. III.); huc indicatio pluuiarum Iouis per ranas (Ael. IX. 13.). Idem docet fabula apud Aelianum (III. 37.), qua Iouis auctoritate ranae in Seripho vocem amiserunt. Denique Aelianus (IX. 24.) ranas facit piscatrices. Piscatura vero diserte ♀ planetae adscribitur (I. §. 48. p. 60. no. 3.). Sin Horapollinem (I. 25. II. 101. 102.) audimus, rana etiam ☉ significare videtur. Nam ranarum visus celer (ὄρασις ὄξεια) singularis ☉ est proprietas pariter atque Nilus, ad quem ranas ille referre studet. Quum non de duplici ranarum genere cogitare velis; certe non offendit, ☉ et ♀ vt alia, ita et haec animalia communia esse. Quod vero Horapollo ranae etiam inuerecundiam adscribit, id non dubito quin ad aliud ranarum genus spectet ♂ sacrum, vel potius ad singularem ranae partem forte posteriorem, quam ille haud obscure ab anteriori distinguit, quemadmodum leonis posteriora ab anterioribus.

Scorpio, σκορπιος, ♂ ΛΗ, ♂ symbolum. Astrologi ♂ adscribunt animalia reptilia venenosa atque speciatim scorpionem (I. §. 49. p. 62. n. 5.). Quod confirmant Horapollo (II. 35.), scorpionem cum crocodilo comparans alterique alterius interitum adscribens, nec non zodiaci ratio. Nam scorpionis imago antiquitus ♂ domum exprimit. Ex loco Horapollinis dicto, licet non satis claro, sequi videtur, scorpionem etiam ♂ exprimere. Hinc forte Aelianus (II. 33.) fabulatur, scorpionem e crocodilo nasci, si non cogitare velis de ♂ crocodilo.

Serpens, ὄφις, ♂, ♀ et ♂ significat, vt supra vidimus de vipera, vraeo et boa constrictore siue dracone. Sunt vero et alia serpentium genera, de quibus nunc dicendum. *Serpens cornutus* ♀ designat. Teste Herodoto (II. 74.), hic serpens, duobus cornibus in capite insignis, qui frequentissime in scriptis hieroglyphicis apparet, circa Thebas (♀ domum) degebat, natura innoxius, vt ♀ animalibus conuenit, ibidemque cultus, ipsi Ioui (♀) sacer habitus atque in Iouis (♀) templo sepultus. *Serpens alatus* ♂ sacer fuisse videtur. Narrat enim Herodotus (II. 75.), hunc serpentem, sub initium veris ex Arabia apud oppidum Buto (♂) in Aegyptum inuolare. Quemadmodum vero Buto ♂ significat, ita veris initium cadit post ♂ domus atque alae ♂ sunt propriae. Ibis autem, quem dicit serpentem illum alatum interimere, contrarius est omnibus ♂ animalibus.

Praeterea Herodotus (II. 76.) tradit, horum serpentum alas similes esse vesperilionum alis, quae sunt ♀ animalia (v. sup.) Addit Aelianus (II. 38.), eosdem serpentes etiam ex Aethiopia in Aegyptum aduolare. Quod, quum Aethiopia ad ♀ domum ∞ spectet, eodem recurrit. *Serpens hieracocephalus*, etiam ὄφις ἱερακομορφος dictus, ☉ sacer erat, vt Philo (Euseb. P. E. I. 10. p. 41.) docet, de quo supra dictum (v. Vraeus). Denique *Serpens* ♀ sacer commemoratur (Ael. XI. 2.). Diserte Aelianus (VIII. 12.) Aesculapio adscribit sacrum serpentem innoxium colore igneo, oculis acerrinis. At constat, in Aegypto nullum serpentem Mercurio (♃) sacrum fuisse. Quare serpens ♀ conuenit non Aegyptiorum, sed Graecorum ex ratione.

Testudo, χελωνη, ἑφωτ, ♀ nec non ☽ significat. Satis nota est fabula de inuentione lyrae per Mercurium. Dicitur neruos Typhoni euulsisse atque testudini intendisse (Plut. Is. 373.). Quemadmodum vero ♀ musica et instrumenta musica adscribuntur, ita et prima lyra, testudo, ei sacra fuerit, necesse est. Hinc Apollo (♃) fingitur lyrophorus. Porro diserte Pausanias (Arcad. c. 54. §. 5.) tradit, testudinem, pisces loricatorum, Panis esse animal. Atque vidinus (p. 110.), Panam phallicum, ♀ Mendeti Esmuno respondere. Indi quoque testudinem, cum simio et pisciculis Mercurialibus, ♀ adscribunt (Kreuz. Symb. Tab. XXVIII.). Quum vero ♀ et ☽ multa animalia communia habent, non mirum, testudinem etiam ☽ significasse, quod sequentibus probabile fit. Sane testudo propter figuram suam ☽ plenae figuram prae se fert. Zodiacus antiquus (Kreuzer Symb. Tab. 49.) habet testudinem pro Oecodespota ☽ signi, cui ☽ praeest. Huc spectat fabula Sinensium. Quum enim solis eclipsis incidit, dicunt solem a testudine ingenti deuorari, quo innuere videntur, esse Lunam (testudinem), quae ☉ obscurat. Hinc Aelianus (VI. 12. XV. 19.) testudini adscribit libidinem atque pugnacitatem contra viperam, vt Ibidi. Quae ultimo loco dicta ♀ et ☽, siue Isidi et Horo contra Typhonem pugnantibus, conueniunt.

IV. Pisces et conchylia.

Anguilla, ἀγγελης, πογκκaci (muraena?), ♂ aut ♀ significat. Tradit enim Horapollo (I. 103.), anguillam, quae nullo cum alio pisce commercium habeat, exprimere (deum) omnibus infestum (ἐχθρον) et ceterorum consortium fugientem (ἀπισχοινοισμενοι). Quae quidem ♀ atque ♂ sunt proprietates. Tradit autem Aelianus (VIII. 4. XIV. 8.), anguillam haberi mansuetam in fonte Arctusae eamque frequentissimam reperiri in flumine Eridano, quae sunt ♂ aquae. Ex quo sequitur, anguillam ♂ potius conuenire. Si recte memini, anguilla Sai colebatur (♁ ♂).

Carabus, καραβους, ♂ designare videtur. Aelianus (I. 32.) dicit, hoc animal cum aliis ♀ et ♂ animalibus pugnare, cornibus ad arietis (♂) instar adhibitis, praesertim vero iracundia furens, iratae mulieris instar, muraenam aggredi et interficere. Horapollo (II. 106.) tradit, carabum polytis imperare, eoque regem suae nationi imperantem exprimi. Quae omnia optime ♂ conueniunt.

Delphinus, δελφιν, ♃ et ☉ symbolum. Zodiacus enim antiquus (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.) delphinos habet pro Oecodespota signi ♃. Hinc Aelianus (XV. 17.) eorum praedicat cum leone (☉) affinitatem. Quod vero in monumentis Graeco-Aegyptiacis delphinus iuxta Nilum (☉) pingitur atque, Nilum adscendens, cum crocodilis (♁) pugnare dicitur (Strabo XI. p. 780. Seneca IV. 11.); ex eo clarum est, eum etiam ☉ sacrum fuisse. Ceterum delphinus Neptuni (♃ ♃) et nautarum erat symbolum, qui quidem ♃ sacri erant (I. §. 48. pag. 60.).

Latus, λατος, ΚΟΥΛΖΟΥ (Lucius piscis), ♃ designare videtur. Constat, in Zodiacis Aegyptiacis signum ♃ secundum (♋) piscibus exprimi. Teste Strabone (XVII. p. 602.), in vrbe Latopoli colebatur Pallas (♁) et Latus piscis (♃). Latopolis, superior Thebis, vero ita sita est, vt respondeat decuriae ♃ in ♋. Sin displicet, ♂ et ♃ vna in vrbe cultos fuisse, non dubito, quin prouincia Latopolitana respondeat ♃ signo (♋) in vniuersum. Hinc sane Latopoli, vrbe capitali a finibus Aegypti secunda, et dominus signi (♃), et dominus decuriae tertiae Pallas seu Minerva (♁) colendi fuerunt. Quum vero ♋ signum in hanc Aegypti partem incidat, neque alia vrbs illic commemoretur, piscium cultui dedita; persuasissimum mihi habeo, primum: Latopolin, post Memnonia sitam, esse capitalem regionis, ♋ signo respondētis; deinde: pisces Latum ♃ significare; et denique: pisces Latum eum esse, quem Zodiaci Aegyptii in ♋ signo monstrant. Latus enim piscis neque ab Aeliano neque ab aliis describitur. Huc accedit, quod in templo Latopolitano frequentissima etiamnum est Iouis Ammonis (♃) imago. Deinde alia erat vrbs Latopolis prope Memphin, teste Stephano (Αητους πολις), quae haud dubie respondet ♃ decuriae in Ω. Denique tertia vrbs Latopolis non dissita erat a Buto (Jablonsk. Panth. II. p. 87.), quae hinc haud dubie ♃ decuriae in Ζ respondet.

Lepidotus, λεπιδωτος, λειφι, ♂ symbolum. Teste Antonio Liberali (Met. F. 28.), Mars mutatus est in lepidotum, squamosum pisces, quum dii, h. e. 12 signorum domini, Typhonem fugerent. Secundum quem et Apollo (♃) in accipitrem, Mercurius (♃) in ibidem, Diana (♀) in felem mutati sunt. Teste Strabone (XVII. p. 812.), lepidotus colebatur Papremi, ♂ in signo ♄. Vidimus enim, ibidem quotannis festum in honorem Martis actum fuisse et hyppopotamum (♁) cultum. Hinc sacerdotes Aegyptii abstinebant a carne lepidoti, vt ab aliis animalibus ♄ et ♂ sacris (Iuuen. Sat. VI. v. 49.). Denique huc facit nomen λεπιδωτος, quod haud dubie deriuatur a λειφι, λιφι, λιβι, λεφιλιφι conterere, interimere, furere, atque †† pugnare, quae ♂ sunt proprietates (p. 61.). Hinc etiam factum, vt Aelianus hunc pisces alio nomine commemoraret. Quod Herodotus (II. 72.) lepidotum, anguillam et vulpanserem Nilo sacros dicit, eo forte nihil aliud innuere vult, quam haec animalia ad Nilum Zodiacum pertinere. Quod vero Strabo (XVII. p. 584.) testatur, lepidotum per totam Aegyptum coli, id non intelligo, si non statuas, eum et ☉, in ♂ possessionibus versantem, significasse.

Maena, μαινα, ♄ significare videtur. Tradit enim Eustathius (II. A. p. 87.), hunc pisces marinum Hecatae sacrificari rabiei causa, quam aut piscis, aut ♃ in ♄ dominiis versans afferat. Etiam Aelianus narrat (XII. 28.), eum adhiberi in capiendis vespis, quod conuenit animalibus ♄, quippe infestis ♂ animalibus vespis.

Maeota, μαιωτα, ♃ symbolum. Tradit Aelianus (X. 19.), hunc pisces praeire Nili inundationem eamque praesentire, quare sanctissime colatur in insula Elephantina. Celeritas huius piscis eiusque diuinitas et cultus Elephantinae, quae ♃ decuria est, satis clare ♃ innuunt quippe celerem et sagacem atque aruspicem (I. §. 53. p. 65.)

Muraena, μουραυνα, ΚΟΥΚΑΚΙ (muraena et anguilla) ♂ et ♄ symbolum. De rapaci huius piscis natura constat, quare aut ♂, aut ♄ conuenit. Tradit autem Horapollus (II. 111.), eum significare nautas peregrinos, vel marinos, atque in flumen ascendere, vt cum viperis misceatur.

Nautae marini ♀ sunt, vipera ♂ (I. §. 47. 49. pp. 59. 62.). Aelianus (X. 40. I. 37.) ei adscribit dentes terribiles et iracundiam maximam, quae magis in ♂, quam in ♀ quadrat.

Oxyrynchus, ὄξυρυγχος, ♀ hinc et ♂ significare videtur. Teste Aeliano (XVII. p. 584. Tz.), oxyrynchus per totam Aegyptum colebatur, quod, teste Herodoto, non contigit nisi ☉ et ♃, atque ♀, constanti eorum comiti. Porro constat, hunc piscem Oxyrynchi, quae vrbs Coptice vocatur ΠΕΜΣΕ (plantator), haud dubie ♃ in domicilio, seu ☉, cultum fuisse. Plutarchus (Is. 353.) narrat, nunquam oxyrynchum captum et comesum fuisse, quod ♃ soli quadrat. Tradit etiam (Is. 358.), oxyrynchum cum Phagro et Lepidoto genitalia Osiridis deuorasse, ex quo clarum est, de tribus piscibus vnique partem genitalium, quippe suam cuique conuenientem contigisse. Huc facit oris acuti habitus a veteribus oxyryncho adscriptus (Plut. Is. 355.), quod ad Lunae cornua spectare videtur, atque corporis, quo in monumentis apparet, magnitudo ♃ conueniens. Quum vero oxyrynchus e vulneribus Osiridis seu Nili, vt ait Aelianus (X. 46.), natus dicatur; clarum est, hoc non ad ♃, sed ♀ Horum, Osiridis filium spectare. Sane vrbs Oxyrynchus speciatim decuriae ♀ in ☉ respondet. Diserte autem Aelianus dicit (l. l.), nomen quendam, veluti decuriam Zodiaci, ab hoc pisce nomen habere. Hinc ΠΕΜΣΕ Oxyrynchi nomen bene quadrat in ♀ phallicum. Hinc Aelianus (I. 12.) oxyrynchum facit eroticum in capite de Capitone oxyryncho. *Cupidinis*, inquit, vim et numen multa genera piscium nouerunt. Etenim capito, non omnis, sed ille, quem a faciei acumine denominarunt, diuinum huius dei numen colit atque veneratur (λατρνευι τωδε τω δαιμονιω). Constat autem, ♀ maxime esse phallicum (I. §. 52. p. 65.). Quod formam Oxyrynchi attinet, haec Aelianus (XI. 24.) narrat: Ore est, inquit, praelongo, oculis auri instar fulgentibus, palpebris albis. Eius dorso puncta pallore insignita sunt, pinnae priores ei nigrae existunt, eae vero in dorso albae. Cauda forma oblonga (προμηκης). Quamquam haec ad oxyrynchum maris rubri spectant; certum tamen, Niliacum parum ab eo diuersum fuisse. Eodem modo ille describit oxyrynchum maris Caspici.

Phagrus, φαγρος, ♀ symbolum. Aelianus (X. 19.) Phagro pariter atque Maeotae adscribit virtutes ♀, praesagium Nili crescentis, sapientiam et velocitatem, nullamque rapacitatem. Tradit etiam, eundem coli Syenae, quae ♀ decuriae in ♃ respondet. Teste Strabone (XVII. 552. Tz.), colebatur etiam in nomo et vrbe Phagroriopolis, quae haud procul ab Heroopoli sita respondet ♀ decuriae in ♃. Idem piscis dicitur cum Oxyryncho et Lepidoto genitalia Osiridis deuorasse. Certe virga, forte symbolum virgae genitalis, ♀ sacra erat phallico (p. 65.).

Physa, φυσσ, ♃ significat. Aelianus (XII. 13.) narrat, hunc piscem non solum ♃ mutationes sentire, sed etiam iecure et toto corpore cum luna crescere et decrescere. Ex quo apparet, huius animalis indolem ♃ plane esse accommodatam. Sic et felis cum ♃ affinitas praedicatur, quare felis ♃ symbolum habebatur, vt vidimus.

Polyrus, πολυρους, ♃ symbolum esse videtur. Horapollo (II. 105.) polyrum mali hominis (♃) naturam ait exprimere. Polypo voracitas pariter et ♃ adscribitur (I. §. 47. p. 58.). Quod Aelianus (VII. 11.) narrat, polyrum aquilam (☉) in mare detrahere, eo indicat Typhonem (♃), Osiridem (☉) sub solstitium hibernum, seu in ♃ domo (♃) superantem.

Scarus, σκαρος, ♀ significat. Aelianus (I. 2.) tradit, hunc piscem omnium esse maxime libi-

dinosum, voracem, et amicitiae studiosum (I. 4.), cui Horapollo (II. 109.) assentitur. Quae omnia maxime ♀ sunt virtutes (I. §. 51. p. 64.).

Silurus, σιλουρος, ♀ symbolum. Teste Ouidio (Met. V. 29.), Venus, vt Typhonem effugeret, mutata est in squamosum piscem. Item Manilius (Astr. IV. 580.) canit: *Scilicet in piscem sese Cytherea nouauit, quum Babylonicas submersa profugit in undas anguipedem alatis humeris Typhona furentem, inseruitque suos squamosis piscibus ignem.* Quum σιλουρος pariter atque αλλουρος felem (♀) significare videatur; puto, Horapollinem de hoc Veneris pisce loqui (I. 110.), quem felem marinum, γαλιον ἐναλιον s. ἐνυδρον nuncupat. Ei autem tribuit summam voracitatem et insatiabilem appetitum escae, quae ♀ sunt proprietates (p. 64.). Ceterum felis vel ipsa ♀ animal. Clarius vero Aelianus (XII. 29.) narrat, Bubasti, in ♀ prouincia, qua et feles ♀ sacrae habebantur, multos siluros sacros in stagno ali.

Stella marina, ἀστὴρ θαλαττιος, ♂ symbolum. Teste Aeliano (IX. 22.), hoc animal inimicissimum est reliquis ostreis, adeo vt ea exedat. Quae quidem ♂ est proprietas (p. 61.). Huc spectat haud dubie, quod Horapollo (II. 1.) tradit, stellam deum aliquem significare et virilem animum, atque (I. 13.) victricem dei prouidentiam, nec non numerum quinarium. Planeta ♂ quidem ordine quintus est, eique conueniunt virilis animus, pugna, victoria (p. 61.).

V. Arbores et Plantae.

Acanthus, ἀκανθος, ϘON†, ♀ significat. Teste Strabone (XVII. p. 587. Tz.), Acanthorum lucus Apollini (♀) sacer erat. Abydos ipsa, qua in vrbe lucus Acanthorum exstabat, pertinet ad ♀ decuriam in Ϙ. Porro de Acantho aui, quae nominis causa non potuit non eidem deo sacra esse, Aelianus (X. 32.) ea praedicat, quae, vti cantus et cura viatorum, bene ♀ conueniunt (I. §. 52. p. 65.). Ceterum Acanthus haud dubie non differt ab acacia, quam Copti et Arabes interpretantur ϘON†, السنط, ἀκανθα, acacia, Hebraei πῆψ, mimosa nilotica.

Allium, σκοροδον, porrum, πρασον, ΗΧΙ, ΕΒΕ, ΗΒΕ, ☉ significare videtur. Teste Iuuenali (Sat. XV. 9.), porrum in hortis colebatur Aegyptiacis, vt planta sacra et propitia, quae ipsa Solis symbolum valeret. Huc spectat vsus Graecorum, festo Scirophoriorum allio vescendi ad suppressenda incitamenta venerea (Kreuz. Symb. IV. p. 453.). Ipsum enim hoc festum, quo vimbella sacra deportabatur, ad ☉ spectasse videtur. Ceterum ab allio et porro discernenda est caepa, η̄ symbolum, de qua infra.

Aloe, ἄλοη, ♂ symbolum esse videtur. Haec enim planta, in Aegypto frequentissima, folia habet fortissima et aculeata, quae sane ♂ affinitatem monstrant. Huc spectat haud dubie fabula Graecorum, qua Ὠτος (noctua) et Ἐφιαλτης (impugnator) dicuntur Ἀλωιδαι, filii Aloeï, veluti ♂, patroni aloes. Noctua enim ♂ est symbolum, impugnatio ♂ virtus, quae numina vtique Aloeï, seu filii ♂ dei dici poterant. Denique folium aloes per se hastae cuspidi simillimum est, atque hasta ♂ symbolum habetur (I. §. 49. p. 62. n. 5.).

Cedrus, κεδρος, CIQI; *pinus*, πιτυς, CON†; *Cypressus*, κυπαρισσος, videntur, quum omnes similis naturae et figurae essent, eundem deum quippe ♂ Aegyptiis significasse. Testem certe habemus Artemidorum (Oneirocr. II. 25. p. 183. Reis.), pinum (πιτυν) symbolum esse fugae et destructionis, quae ♂ sunt propriae (p. 62.). Diserte autem Eustathius (Voss. Theol. G. L. VIII.

c. 20.) pinum ♂ sacram esse dicit. Reapse haec arbor gladii speciem prae se fert, quod cadit maxime in cypressum. Et hinc veteres constanter cypressum lugubrem appellant. Huc facit, quod gladius (CHCI) et cypressus vel cedrus (CICI) eadem ex radice peruenerunt. Ceterum distinguendum videtur inter pinum gladioformem, pinum nobilem frugiferam, ☉ symbolum, et pinum vulgarem ramis expansis, quae haud dubie ☿ symbolum fuit. Constat, festo Isidis pinum fuisse caesam, truncum excisum et Osiris simulacrum inde factum sepultum fuisse. Spectant vero haec ad ☉ interitum in ☿ domo ☿. Huc spectat festum Attis (Kreuz. Symb. II. 38.). Nam Attis est ☉ renatus post hiemem. Pinus frugifera, quae gerebat Attis (☉) imaginem atque hinc caesa in templum (☿ ☿) portabatur, significat ☉ introitum in solstitium hibernum (☿ 0°), eiusque veluti interitum.

Ficus, σικκη, ΚΕΝΤΕ (αλλωκι موسى Musa, Ficus indica), ♀ significare videtur. Quum ♀ omnis generis voluptates, praesertim gulae, propriae essent (I. §. 51. p. 64. n. 2. et 4.); sane haec arbor ♀ maxime conuenit. Reapse adhibebantur fici lustrationis causa; atque pietas et religio ♀ maxime peculiaris tribuebatur (I. §. 51. p. 64.). Lustrationes praeterea in secundum mensem apud Romanos incidebant (Februarium), qui, vt Phaophi Aegyptiorum, ♀ subiectus erat. Huc spectat, quod Iohannes Lydus (p. 56.) diserte tradit, ficos, mense Ianuario Romae inuicem oblatas, Victoriae (Νικη) dicatas fuisse. Cogitandum vero haud dubie de Venere Victrice. Sic et Anacreon venustatem dicit omnia superare. In festo Bacchi (☉ in ♀ domo ☍ signo) offerebantur corbes cum ficis (Kreuz. Symb. III. 330.), a virginibus quidem marito maturis, quae ipsae ficos infilatas circa colulum gerebant. Quemadmodum vero in Dionysiis omnia ad ♀ spectant, vt hedera, lepores, mala, vitis, hinnuli, pardali et reliqua, ita et fici ♀ respexerint necesse est. Eodem in festo praeter corbes cum ficis offerebantur phalli e ligno fici facti. Haec omnia autem insignia vere ad ♀ spectasse, testem habemus Plutarchum (Is. 365. B. p. 496. Wyt.), qui ficos in corbibus et in collis virginum portatas et phallum e ligno fici ait symbola generationis et propagationis, quae ♀ sunt virtutes (I. §. 51. p. 64.). Ceterum probabile, ficum aut fici genus ad ☿ quoque pertinuisse, cui sane cum ♀ amatoria et phallica conueniunt alia.

Granatum, punicum malum, ζοια, ΕΡΜΑΝ, ☿ nec non ☿ significare videtur. Vidimus (p. 104.), Esmunum significare octauum Cabirum, seu terram, ☿ dominio subiectam; atque ab eo dici nomen ☿ ΩΜΟΥΝ ἢ ΕΡΜΑΝ, *Smunum granati*, ac si dicas, Smunum nomen in prouincia dei, granato insignis, sita. Itaque Cybele non differt ab Esmuno ☿. Eius enim constans insigne granatum reperitur (Kreuz. Symb. II. 50.), neque opus est repetere, in numo Antonini Cybelen corona murali insignem ☿ exprimere, in medio Zodiaco cogitatam (Kreuz. Symb. Tab. VI. 12.). At constat quoque, Iunonem, quam Manilius (Ast. p. 170.) dominam ☍ facit, fingi granatum tinentem (Kreuz. S. II. 588.). Constat etiam, Proserpinam (☽ in hemisphaerio inferno), quum de malo punico Plutonis (☿ domini hemisphaerii inferni) edisset, Infernum non nisi per sex menses derelinquere potuisse. Qua de re granatum etiam ☿ sacrum fuisse videtur. Forte haec sic explicantur. Terrarum orbi in vniuersum, tamquam octauo planetae, Esmunus ☿ praeest. Quum vero Terrarum orbis duabus partibus constet; superior ☽ Isidi, inferior vero, vt in Zodiaco accidit, numini ☍ opposito, ☿ Rheae, Athori, subiecta putabatur.

Hedera, *κισσος*, ♀ symbolum. Hederae progenitor dicitur Osiris, teste Plutarcho (Is. 365.); quare haec planta Chenosis, i. e. *planta Osiridis* vocabatur. Osiris vero est ☉ in ♀ ♃. Hinc et Bacchus constanter hederam apud se habet, quippe ab Osiride non diuersus. Exstat in Museo Taurinensi papyrus, maximam partem e fragmentis a me restituta, admodum notabilis, figuris phallicis referta, vbi puellae Venereae (♀) hedera et floribus loti insigniuntur. Etiam aliis in monumentis sacerdotessae Veneris (♀) hedera cinctae apparent.

Ilex, *πικρος*, ♂ et ♂ significare videtur. Aelianus (I. 36.) tradit, leonem obtorpescere, si ilicis folia pede attigerit. Haec fabula nihil aliud docet, quam leoni (☉) oppositam esse ilicen (♄). Etiam constat, foliis ilicis Parcas et Hecaten coronatas fingi, quippe ♂ numina (Kreuz. S. IV. 156.). Praeterea ex ilice fingeantur arma ♂ (p. 62.), quare et ♂ significare videtur. Ceterum ab ilice differt quercus, ♃ symbolum, de qua infra.

Laurus, *δασυλη*, ♀ symbolum. Folia lauri manducata veteres putabant (Kreuz. Sym. II. 162. not. 215.), facultatem vaticinandi et poesin procreare et fouere. Vtraque vero facultas ♃ planetae adscribitur (I. §. 52. p. 65.). Hinc fatiines et poetae *δαφνηκαυοι* appellabantur, quos astrologi veteres diserte ♃ patrocinio adscribunt (Tzet. ad Lyc. Cass. v. 6. p. 272. Müll.). Ceterum in vulgus constat, laurum Apollini sacrum fuisse. Est autem hicce Apollo, a quo differt Phoebus Apollo (☉ vernus), vt Horus ab Horo Harpocrate, ipse ♃ planeta, de quo iam paullo accuratius videamus. Primo enim Apollo Ismenius, Thebis in Boeotia cultus, ad ♃ referendus est, siue hoc cognomen ab *ισχυι sapere*, quae ♃ est proprietas (I. §. 52. p. 65.), siue ab *Esmun* (♀) deriuetur. Porro, teste Herodoto (V. 59.), in templo Apollinis dicto literae Cadmeae (Vide librum meum de Sonis litt. Graec. Lips. 1824. pag. 586. 597. tab. I.) in tripode incisae erant. Literarum vero auctor Thoth (♀) est, atque ♃, Oecodespotani ♃ signi, tripus exprimit in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.). Huc accedit, quod stella ♃ diserte ab astronomis *Apollo* vocatur (p. 31. ♃). Porro Thebani illi post nouem quosque annos Daphnephoria agebant, qua puer formosissimus laurum cum septem globulis, planetarum symbolis, in templum Apollinis portabat. Pueritia quidem ♃ propria erat (I. §. 52. p. 65.). Quod vero Thebani post nouem demum annos Apollinis sui festum agebant; in oculos incurrit, hunc numerum cum 9 musis, filiis Pieri (π-ωρ), Hori (♃), quae etiam a partibus Osiridis (☉) erant (Diodor. Sic. I. c. 18.), artissime cohaerere. Clarum est, hunc 9 annorum cyclum, vt alias periodos, ad astronomiam spectare. Sic Periodus Sothica 1461 annorum complectitur id tempus, quo canicula iterum cum ☉ coniuncta primo anni Aegyptiaci die oriebatur. Sic Periodus Apica 25 annorum Aegyptiorum constat eo temporis spatio, quo ☉ et ♃ coniunctim primo anni Aegyptiaci die iterum oriebantur. Idem valet de periodo Phoenicia (♄) 500 annorum, nec non de Martiali (♃) 30 annorum (v. supra p. 46.). Sic et ♂ post 30 annos circiter eodem anni die iterum cum ☉ coniunctus oritur pariter atque ♂, vnde astrologica ♂ cum ♂ coniunctio explicanda (p. 68. col. p. 135.). Quas quidem ob causas non dubium est, quin etiam cyclus 9 annorum scilicet vagorum ad certos planetas binos pertineat. Quum itaque festum Apollinis (♀) post 9 demum annos celebratum fuerit atque 9 Musae filiae Apollinis (♀) aut Pieri (♀) et Mnemosynes (♃) dicerentur; concludere licet, hunc 9 annorum cyclum ad ♃ et ♃ iterum coeuntes sub anni initium spectare. Reuera post nouem demum annos vagos, praesertim si quinque Aegyptiorum intercalares dies demas, sub anni initium ♃ et ♃ iterum in

eodem circiter gradu coniunctim oriuntur, vt tabulae astronomicae docent. Itaque haud facile negabitur, laurum ☿ esse symbolum, tum Apollinem valere ☿, denique 9 Apollinis Musas significare nouem annos vagos, quibus ☿, quippe literarum et artium patronus, cum ☽ et ☾ operatur, hinc negotium summi denuo suscipit et persequitur per nouem annos. Ceterum tempestates quoque anni tres cogitantur numina, quae apud Graecos Horae (Irene, Eunomia, Dice), apud Aegyptios Camephes (Ammon, Phtha, Osiris), apud Indos Trimurtis (Brahma, Vischnu, Siua) vocantur. Haec autem Trinitas gentilium non respondet Christianae, vt putarunt; sed tribus Zodiaci tetran-
tibus (p. 14.).

Lotus, melilotus, λωτος, μελιλωτος, ♃ symbolum. Vidimus de fabula, qua, quum Osiris Nilus cum Nephthy (♃) congressus esset, lotus seu melilotus prodiisse dicitur. Ergo lotus ♃ significat. Huc spectat, quod Sol oriens, i. e. in ♄ (♃) intrans, fingebatur loto insidens (Plut. Is. 355.), quod Harpocrates (☉ in ♄) tenellus pingebatur in loto (Plut. Pyth. orac. p. 400. Is. 378.). Hinc fructum loti, vt omnia Typhonia, auersabantur sacerdotes (Cic. Diuin. I. 30.). Quod Proclus (de sacrif. F. p. 276.) lotum ☉ affinem esse dicit, id mihi spectare videtur ad ☉ in ♃ dominiis versantem, aut ad alterum loti genus. Ceterum aliud quid significat loti flos, qui haud dubie ♀ est symbolum. Flores loti infilati geruntur a feminis ornamentorum caussa, atque constat, omnia ornamenta ♀ esse (I. §. 51. p. 65. n. 3. 5.). Porro in capite virginum Venerearum constanter flores loti pinguntur (v. Hedera). Etiamnum in India, vt amicus mihi dixit, lotus adhibetur ad venerem instigandam. Idem fieri cernitur in papyro Taurinensi obscoena (B. m. no. 7808.).

Myrtus, μυρτος, ♀ significare videtur. In festis enim Bacchicis (☉ in ♄, ♀ domo), adhibebatur loco hederæ (♀) myrtus; quae et vulgo Veneri tribuebatur atque Gratiarum symbolum habebatur (Kreuz. Symb. III. 330. I. 118.).

Olea, ελαια, χλωιτ, ηι, ♂ symbolum. Strabo (XVII. p. 556.); *Sola, inquit, praefectura Heracleopolitana oleas perfectas et frugiferas profert. Aegyptus reliqua caret.* Heracleopolis vero ♂ vrbs. Hinc luctatoribus victoribus oliuarum ramuli dabantur; hinc in Samothracia (♂ χωμ Hercules) diebus festis gerebant olearum ramos (Kreuz. Symb. II. 359. 530.); hinc oleae Mineruae sacrae Athenis habebantur; hinc in numis iuxta Palladem rami oliuarum excutiebantur (Kreuz. Symb. II. 359. 530. 731.). Quod vero Diodorus (I. p. 15.) tradit, *Aegyptios dicere oleam inuentam a Mercurio; non vero, vt Graeci, a Minerua;* id cum superioribus pugnat, nisi statuas, aut Diodorum falsum esse, aut oleam vulgarem et ignobilem ad ☿ potius spectare.

Palma, φοινix, BENI, BHNE (ΖΑΝΟΥΩΙΝΙ, φοινικες? et κισσαραι) ΒΛ, ΒΗΤ (ramus palmae) ΒΑΙΒΗΤ, ΒΑΙΝΒΗΤ, ΒΑΝΒΗΤ, ☉ et ♃ symbolum. Quum palma maxima sit Aegypti arbor, quumque maxima quaeque naturae progenies maximo planetae, nimirum ☉, conueniat; per se clarum est, palmam ☉, hinc planetae ☉ simillimo (p. 68. c. 135.), nimirum ♃ propriam esse. Horapollo (I. 4. 5.) palmam dicit significare annum et mensem, quoniam palma 12 folia per annum emittat. Iulianus (Orat. 5. p. 325. ss. 335.) diserte testatur, palmam et palmae fructus Soli sacros fuisse. Lectisternia sacerdotum, qui ☉ sacram generationem valebant, constabant foliis palmarum (Porphyr. Abst. IV. 7. p. 318.). Ouidius (Amor. II. El. 13.) nominat urbem palmiferam Pharon; ex quo sequitur, palmam aut ☉, quum nomen vrbs descendit a φλ-ρα (vrbs solis), aut ♃ sacram fuisse, quum deriuetur a φλ-ογρο (vrbs regis), vulgari ♃ nomine. Diserte autem tradit Strabo

(XVII. p. 610.), palmam non nisi in Thebaide crescere; quo innuit, ♃, Oecodespotae ✕, sacram esse hanc arborem. Hinc insula Tabenne (ΤΑ-ΒΗΝΝΕ palmifera) in Thebaide (Iuuen. L. V. Sat. 15.), palmis referta. Teste Herodoto autem, etiam in insula Chemmi, quae ad ♃ decuriam in ♃ pertinet haud dubie, palmae habebantur.

Papyrus, *iuncus*, *παπυρος*, *βιβλος*, *σχοιρος*, ΕΡΒΙΝ, ΚΑΜ (?), ΨΑΡΙ, ♃ et ☉ symbolum fuisse videtur. In numo Alexandrino apud Pignorium (Tabula Isiac. p. 81. Amst.) exstat Serapis manu iuncum tenens. Ex quo, quum Serapis sit ☉ in ♃, sequitur iuncum aut ☉, aut ♃ sacrum esse. Theophrastus autem (Hist. Plant. IV. c. 9.) tradit, papyrus non differre a iunci specie *Sari* appellata. *Sari*, inquit, *in aqua provenit circa paludes inque campis, quos Nilus recedens dereliquit*. Plinius item (XIII. c. 23.). *Fruticosi*, inquit, *generis est et Sari circa Nihum nascens duorum fere cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo*. Hinc et mare rubrum Aegyptiis vocabatur ΙΟΜ ΝΨΑΡΙ *mare iuncorum*, Hebraeis מֵרַי מַרְיָ *mare iunceum*. Iam Sari non differt ab Siri, Nili cognomine (Jablonsk. Panth. P. II. 144. s.). Quam ob causam, cum Nilus ☉ et ♃ sacer fuerit, credimus, et papyrus ad hos planetas referri debere, praesertim cum in Nilo nascatur ac vere regia sit planta ac sublimis. Huc facit denique nomen papyri ΠΑ-ΠΟΥΡΟ, *ad regem pertinens*, velut planta regia, siue Solaris, siue Iouialis.

Persea, *περσεα*, *περσοια*, *βιβασα*, ΩΡΕ, ♂ symbolum. Hanc arborem dicunt a Perseo (♄) in Aegyptum translata esse (Kreuz. Symb. IV. 34.). Certe nomen demonstrat, eam Perseo, cui et piscis perseus conuenit (Ael. XIII. 26.), sacram fuisse; quem Perseum ♂ significare, negari nequit (p. 116.). Folia Perseae in monumentis Aegyptiis similia sunt cuspidi hastae, ♂ symbolo (l. §. 49. p. 62. Descr. de l'Eg. I. 55.). Suppeditabat persea oleum (♂) et dentibus (♂) credebatur salubris. In festo quodam Alexandriae habito persona, quinquennium (*πεντετηριδα*) significans, coronam Perseam, altera manu palmam (♃) gestabat. Quinto autem quoque anno, si initium facias a ♃, ♂ cum ♃, Oecodespota ♃, coniungitur mense anni primo; et ♂ ipse quintus est planeta. Iam vero Plutarchus (Is. 548 w.) perseam Isidi adscribit, quod pugnat cum superioribus, si non concedas, Plutarchum, ut alios multos (Kreuz. l. l.), Perseam (♂) cum Persico (♀) confudisse, aut, quod probabilius est, Neitham (♁) appellasse Isidem. Vtique veteres Isidem dixerunt *πολυωνυμον* et *μυριωνυμον* (Letronne Rech. p. 465.). Hinc Plutarchus (Is. p. 354.) ait, *quod Sai est Mineruae (Αθηνας), quam et Isidem arbitrantur (ἤν και Ἴσιν νομιζουσιν), fanum, hanc habere inscriptionem: Ego sum omne cet.*

Platanus, *πλατανος*, ♃ aut ♁ sacra fuisse videtur. Propter pulchritudinem et umbras suas haec arbor vbique terrarum a veteribus colebatur diuinoque honore habebatur. Hinc Rhadamanthus iurare iussit, non per deorum nomina, sed per anserem (♃), per canem (♁), per platanum, per arietem (♃), ut Eustathius (*Ραδαμανθος*) alique (Michael. Apost. Cent. Prouerb. XVII. n. 7.) testantur. Quod Aelianus (I. 37.) fabulatur, platani foliis obtorpere vespertilionem (♃); ex eo sequitur, platanum, ut sacram ♃ et ♁ (Isidi et Horo), ita maxime ♃ contrariam fuisse. Ceterum platanus Diomedis (♁) sepulcrum ornabat (Kreuz. Symb. III. p. 40.).

Quercus, *δρος*, ΩΨΗΝ (arbor quercus), ♃ nec non ☉ symbolum fuisse creditur. Narrat Herodotus (II. 55.), duas columbas, siue feminas Aegyptias, Thebis profectas, alteram oraculum Iouis Ammonis Libyci, alteram Dodonense sub quercu habendum in Graeciam intulisse. Constat

autem, Thebas esse 4 prouinciam (✕), Iouem Ammonem esse 4, atque in vrbe Dodonae quercetum sacrum fuisse cum oraculo Iouis (4). Ceterum ipse Herodotus (II. 58.) testatur, oracula Iouis Thebanum Aegypti et Dodonense Graeciae sibi simillima fuisse. In numis iuxta caput Iouis folia quercina excusa sunt (I. Gronou. Thes. A. G. VII. p. 278. ss.). Quum vero Iupiter (4) saepenumero cum Ioue Phoebō (☉) confundatur atque ipse Iupiter Dodonaeus vxorem habeat Dionam, ex quibus Venus (♀) habuerit originem; quumque ille Zeus bubula insignia (☉) gerat (Kreuz. Symb. II. 479.): puto quercum, quod et excellentiae eius conuenit, nonnunquam ☉ significare. Huc spectat fabula de Baccho (vino), quem Iupiter (☉), vt maturesceret, lumbis suis quercinis (doliis quercinis) inclusit. Ceterum Ilex seu Robur haud dubie ♂ sacra fuit, vt ipsum nomen testatur.

Scylla maritima, caepa, καμύρον, ΕΜΧΩΛ, ☽ symbolum. Teste Plutarcho (Is. 353.), sacerdotes caepam, vt suem et omnia Typhonia, auersabantur. Lucianus refert (Iup. Trag. p. 152. T. II. p. 223. Sal.), caepam Pelusii cultam fuisse, quae vrbs haud dubie ☽ decuriae in ☽ respondet. Regio enim illa vocatur Sethrum atque nouimus, Seth esse ☽ cognomen (Plut. Is. 357.). Et hinc Aegyptii iurabant etiam per caepam (Plin. XIX. c. 6.). Denique scylla maritima adhibebatur in curanda hydropsi, qui ☽ est morbus (I. §. 47. p. 59. n. 4.), atque ipsa caepa diserte oculus Typhonis (☽) appellabatur (Kreuz. Symb. I. p. 510.).

Sycomorus, συκομορος, ΚΑΤΜΕC (?), ☽ significat. Arbor haec in Aegypto maxime vulgaris fuisse videtur, atque constat, eius ex trunco omnes fere mumiarum sarcophagos esse fabricatos. Qua de causa puto, sycomorum Typhoni (☽) sacram fuisse. Nam ☽ sunt sepulcrum et funeralia omnia (I. §. 47. p. 59. n. 4.). Hinc Typhon Osirin interfectum arca sepulcrali inclusit. Alii fabulabantur, Typhonem cistam sepulcralem sibi fecisse, et cum subinde alios deos in eam intromississet, denique et Osiridem ingressum inclusisse. Quae fabula spectat ad ☉ in ☽ domicilia (☽ ☽) ingressum, quibus Osiris (☉) a Typhone interfectus dicitur. Haec omnia autem docent, sycomorum cum Typhone (☽) coniungendam esse. Narratur vero etiam Isis Osiridi, quum eius genitalia a piscibus deuorata essent, membrum virile e sycomoro fecisse (Kreuz. Symb. I. 262.). Hinc, quum genitalia ad ♀ spectent, sequi videtur, sycomorum etiam ♀ significare. At haud dubie cogitandum est, non de fico siluestri, seu sycomoro, sed de fico nobili fructuum dulcissimarum, quae ♀ sacra erat. Hinc in Dionysiis cum ficis phalli e ligno fici portabantur a virginibus venustis (v. sup. Ficus).

VI. *Varia artefacta et physicalia particularia.*

Alae, ΤΗΝ2, ΤΗΝ2, ΤΕΝ2, maxime ☽ symbolum fuisse videntur. Vidimus enim de serpentibus alatis, ☽ sacris. Hinc Phoenices dicuntur Saturni simulacris quatuor alas, reliquis diis duas addidisse. Sic et Iuno (☽) a Minerua (♂) et Venere (♀) distinguitur duabus alis (Kreuz. Symb. Tab. L. col. Text. p. 20. not.). In vniuersum autem alae celeritatem significant aut adauctam, aut consuetam, vt in Mercurio (♃) et Amore (♀).

Aratrum, ♂ symbolum. Quum enim aratio secundum astrologos (p. 61.) ♂ conueniat; non dubium, quin aratrum significet ♂. Praeterea ♂ est scindere ac vulnerare, quod aratro pariter ac gladio (♃) est proprium.

Cadaver, (ϠολζϞ) sine capite, ♂ symbolum. Homines omnis generis apocopos astrologi ♂ adscribunt (I. §. 49. p. 62.). Clarissime vero Firmicus (p. 234. 16°. Bas.) haec tradit. *Sin ♂ in deiectis locis fuerit inuentus, spiculatorum faciet, qui nudato gladio hominum amputent ceruices.* Hinc ♄ quoque, ♂ nimirum affinis, corpore decapitato exprimitur ab Indis (Kreuz. Symb. Tab. XXXI.). Hinc Horapollo (I. 58.) ad deum fortissimum (ἀδωνατορ, ϞΩΜ, ♂) refert imagines hominis, licet decapitati, tamen ambulantis, atque pedum in aqua procedentium.

Caduceus, κηρυκειον ♀ symbolum. Graecorum Mercurium caduceo insigniri, nemo nescit. Erat vero etiam ♀ Aegyptiaci, seu Anubidis, hoc insigne, vt ex Luciano (Tox. Op. T. II. p. 75.) constat, qui tradit, in Anubidis templo fuisse cynocephalos (♄), phialas (♀), statuam dei auream (♀) et caduceum.

Calceus, ἐποδημα, θωογι, ♂ significare videtur. Teste Herodoto (II. 91.), Perseus (♄) de tempore in tempore apparuit in templo suo ibique reliquit calceum suum. Quo clarum fit, calceum ad ♂ pertinere. Neque ineptum. Quemadmodum enim ♂ conterit omnia (I. §. 49. p. 61.), ita et calceus. Eandem ob causam et dentes sunt ♂ consecrati. Hinc vestigium pedis Herculis (♄) in saxum impressi apud Scythas (Herod. IV. 82.), vt apud Aegyptios, duas vlnas longum monstrabatur. Hinc Sardus, Herculis filius, Sardiniae, i. e. insulae vestigii, nomen dedit, forte ob insulae formam. Denique huc facit lapis antiquus cum hac inscriptione inter duas soleas posita: *Isidi fructiferae* (Kreuz. IV. 57.). Vidimus autem, ♂ feminina ratione dici Isidem (vid. Persea). Quod vero ♂ hoc loco fructifer dicitur, id spectat ad Υ, ♂ subiectum, tum anni initium, tum veris fructiferi primum signum. Eiusmodi vero inscriptiones inter duas soleas hieroglyphicae frequentissime reperiuntur in Aegypto, vt Descriptio Aegypti Francogallica docet passim.

Cebus vel *Cepus*, κηβος, κηπος, animal, vti videtur, factitium, ♀ significasse probabile est. Strabo (XVII. 585. Tz.): *Cepus*, inquit, *faciem habet Satyro similem, caetera inter canem atque vrsam, in Aethiopia nascitur.* Aelianus (XVII. 8.) ait, *cepum (h. e. hortum), circa mare rubrum procreatum, apposite idcirco nominari, quod tamquam hortus variis coloribus distinguatur. Cum aetate sit confirmata, pari magnitudine est, vt ille dicit diserte, cum Eretriensibus canibus. Eius caput, pergit, et dorsum et spina ad caudam vsque prorsus valde igneo colore sunt; tum aurei quidam pili disseminati spectantur; facies alba ad genas vsque; inde ad collum auro similes vittae pertinent; colli inferiores partes vsque ad pectus et anteriores pedes omnino albi coloris sunt; mammae duae manum implentes caeruleo colore visuntur; venter candidus, pedes posteriores nigri sunt; rostri formam si cynocephalo comparaueris, non aberrabis a vero.* Quibus ex locis apparet, hoc animal maxime simiis, ♀ sacris, similem esse. Vtique in monumentis Aegyptiacis simius quidam reperitur, cynocephalo admodum similis.

Cerberus, κερβερος, ♀ symbolum. Constat, Cerberum canem tribus pluribusque capitibus fingi, cauda et pilis serpentinis. Ex cerbero apud Serapidem posito Manetho cognouit, Serapidem significare Plutonem, seu ☉ in hemisphaerio inferiori versantem (Plut. Is. 362.). Comes vero ☉ constans est ♀, qui vel ipse, quum deus sit terminorum, inferius hemisphaerium i. e. orcum tuetur ac custodit. Ceterum canis ♀ symbolum.

Claustrum, siue, qui pro eo antiquitus in vsu erat, pessulus, obex, Mineruae (♄) sacra erat

(Vid. Voss. Theol. gent. Lib. IX. cap. 24.). Quare claustrum, pessulus, obex ♂ symbola fuerunt. Neque hoc mirum, quum omnia fortia ac violenta ♂ adscriberentur.

Colores septem planetis septem sacri. Nemo nescit, recentiores pariter atque veteres septem colores numerare. Quum eodem iure aut plures, aut pauciores distinguere possint; clarum est, septem colores propter septem planetas numerari. Reapse veteres, quaecumque existunt per terrarum orbem, ea ut effectus aut progenies alicuius dei alicui planetae adscripserunt. De his haec veteres tradunt.

Color niger ♄ symbolum. Vidimus enim, tenebras et noctem nigram ♄ adscribi. Hinc Anubis, ♀ in hemisphaerio ♄ cum ☉ versans, atra pingebatur facie. Hinc Isis vestimentis nigris pingebatur, quum denotabat ♄ in signis inferioribus versantem (Plut. Is. p. 372.). Hinc taurus bysso nigra amictus significabat ☉ in hemisphaerio ♄ (Plut. Is. p. 366.). Hinc nigrescens ille Serapis (Jablonsk. P. L. II. p. 237. ss.), seu ☉ infernus, ad ♄ dominum infernorum accomodatus. Ad colorem nigrum vero pertinere videntur omnes colores obscuriores, quare Serapis etiam colore purpureo, i. e. caeruleo nigricante (Clemens Al. Protr. p. 32.), Vesta (♄) alii colore (Lydus de mens. p. 47.), Typhon rufo, i. e. rutilo nigricante fingebantur, ♄ planeta nigro subviridique dicebatur.

Color albus ☉ symbolum. Quemadmodum ☉, omnium bonorum princeps, ♄ Typhoni, omnium malorum auctori; ita et color albus nigro oppositus est. Hinc equi Solis Phoebi albi fingebantur, hinc fluuiorum (☉) dei ex albo marmore. Hinc Valens et Porphyrius (I. §. 4. p. 12. not. 40*) ☉ tribuunt colorem *διανγη* (lucidum) et *χρυσοκιτρινη* (aurocitrinum). Hinc imago Hori (☉) alba pingebatur (Euseb. III. c. 11. p. 116.).

Color rutilus et caeruleus ♂ symbolum. Veteres omnes ♂ tribuunt colorem sanguinis et ignis, rutilum, *κίρρον*, *πυρινη*, *φλογινη* (I. §. 4. p. 12. n. 40*). Negari tamen nequit, ♂ et caeruleum colorem adscribi, quod cohaerere videtur cum coeli diurni (♂) aspectu (I. §. 6. p. 14. not. †). Hinc *γλανκωπις* illa Athene, siue Minerua (♂ fem.).

Color flauus, ♀ tribuitur (I. §. 4. p. 12.). Hinc et Porphyrius ♀ colorem albescentem (*λευκηνη χρουαν*) adscribit. Valens quidem ♀ *ποικιλον*, ♀ *ὄχρον* tribuit. At, quum varius color constanter ♀, flauus ♀ dicatur, puto illo in loco pro ♀ legendum esse ♀, et vice versa.

Color auri, siue color purpureus ♀ symbolum. Tribuitur quidem huic deo *ποικιλον*, color varius et coniunctio colorum simplicium; sed diserte ♀ vocatur *χρυσοφαγης* et auri praeses habebatur, quare eius symbola auro erant facta, ut statua, caduceus, phiala, teste Luciano (Toxar. Op. II. p. 75.). Hinc forte illud Porphyrii *χροιας ἀληθινης* (coloris purpurei) ad ♀ trahendum (I. §. 4. p. 12.).

Color rubescens ad albedinem declinans ♃ sacer fuisse videtur. Hinc ♃ cuprum adscribitur, atque idem albus dicitur. Hinc Porphyrius (I. l. v. I. §. 4. p. 12. not. 40*) eum dicit *βαφης γαλακτιζουσης ἐπι το λευκον ἑπιουσης μικρον*. Sane ♃, quum a ☉ non differat multum virtutibus suis apotelesmaticis, non potest colore multum ab eo distare.

Color flauescens ad albedinem declinans ♄ sacer fuisse videtur. Quemadmodum enim ☉ et ♃, ita et ♄ et ♀ similes sunt natura, ergo et colore. Hinc ♄ argentum adscribitur et ipsa *ἀερωιδης* vocatur (p. 12.).

Ceterum negari nequit, etiam alios colores planetis adscribi, haud dubie propter colores rerum singulis planetis maxime sacrarum. Tenendum autem, quinque colores, nempe nigrum seu obscurum constanter ♄, album ♃, caeruleum ♂, flauum ♀, purpureum ☿ proprios esse, ceterum ☉ cum ♃, ☽ cum ♀ maxime consentire.

Consonae variae variis deinceps planetis sacrae fuerunt. Quum Aegyptii omnia, tum naturalia, tum arte facta, ab aliquo planeta repeterent; clarum est, et singulos etiam orationis humanae sonos ad planetam aliquem referri debuisse. Idem valet de sonis septem musicalibus, atque de septem vocalibus, vt infra videbimus. Rem ita vere se habuisse, ex eo cognoscitur potissimum, quod certa animalia, ac si literae essent, certos numeros exprimere dicebantur. Sic crocodilus, teste Aeliano (X. 21.), significat 60. Eundem numerum significat ♂ Hebraeorum. Sonus vero ט, ש, צ, ז figura crocodili exprimitur Aegyptiace. Cuius generis argumentis sane probatur, consonas singulas quoque singulis planetis consecratas fuisse, de quo fusius infra (P. III. §. 19.). Ceterum his confirmatur id, quod in Rudimentis meis Hieroglyphices Aegyptiacae demonstrare studui (pag. 15. not. 40.), alphabetum Hebraicum artissime cohaerere cum alphabeto Aegyptiaco, scilicet ordine, numero, pronunciatione et habitu externo.

Corbis, ΒΙΡ, ΒΑΙΡΙ, ΚΑΤ, ΚΟΤ, ΩΝΟΥΥ, ☿ et ♀ symbolum fuisse videtur. Nam in Zodiaco (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.) corbis significat ☿, Oecodespotam ΠΡ, atque in Bacchanalibus (♀) corbes offerebantur cum ficis (Kreuz. Symb. II. p. 330.). Huc spectat forte Canephora Berenices ♀ (ΒΙΡ - ἢ ΝΟΙΚ, vel ΝΑΛΚΕ, amare, parturire).

Crux ansata, quae dicitur, haud dubie ♀ et ☿ designat. Quemadmodum alia Aegyptiorum signa astronomica, ita et hoc, ♀ symbolum, ad nostram vsque aetatem peruenit. Quum idem signum reperiatur in collo antiloparum, ☿ sacrarum, atque ☿ et ♀ signa aequalia sint praeter cornua in ☿; idem signum etiam ☿ significare videtur, praesertim ☿ et ♀ alia symbola communia habentibus. Fertur autem manu haec crux ab omnibus diis maioribus, ex quo sequi videtur, eam significare iuuentutem constantem diis propriam, quae iuuentus ☿ et ♀ est virtus secundum astrologos (I. §. 51. 52. p. 64.). Itaque crux ansata Hori (tum ♀, tum ☿) est symbolum.

Discus, circulus, orbis, ☉ symbolum. Clemens Alexandrinus (Strom. V. 4. p. 657.), ἡλιον inquit, γραψαι βουλομενοι κυκλον ποιουσι. Hinc, vt vidimus, Kneph (☉) forma disci fingebatur, hinc Ammon (☉) discum in capite gerebat.

Domus, aedificium, ♀ symbolum. Vestae enim, siue ♀ feminino (p. 128.), adscribitur inuentio domiciliorum (Vid. Posidon. op. Nat. Com. Lib. VIII. cap. 19.).

Falx, ἀμρ, δρεπανον, CHQI, ♂ designare videtur. Omnia enim instrumenta necantia et absidentia ♂ proprietatibus conueniunt (p. 61.). Hinc et Aegyptii gladium (CHQI), ♂ instrumentum, et falcem (CHQI) vno eodemque nomine insigneuerunt. Hinc inuentio falcis Hephaesto (♂) adscribitur, qui eam Cereri tradidit (Kreuz. Symb. IV. 28.). Hinc Hephaestus Perseo concedit falcem ad interficiendam Gorgonem, vnde ipse nomen δρεπανοφορον adsciuit (Kreuz. S. IV. p. 47.). Ceterum etiam ♀ nonnunquam falx tribui videtur. Constat enim, Saturnum falciferum fingi; atque Cereri, quippe quatenus infernae telluris (♄) patrona cogitur, idem instrumentum contigit (Kreuz. Symb. IV. 190.).

Fistula, tibia, ἀλσς, σφραγξ, CHBI, CHBE, haud dubie ♀ sacra fuit. Narratur enim Osiris

(☉ in ♀ domo ☍) duas fistulas (μοναυλον et φωτιγγα πλαυιαυλον) inuenisse (Kreuz. Symb. I. 448.); atque in festis phallicis, ♀ institutis, vt Herodotus (II. 48.) testatur, canebatur fistulis. Hinc Hyagnis, inuenta fistula duplici, cecinit modos Panis et Dionysi (Kreuz. Symb. III. p. 154.). Ceterum distinguendum videtur inter fistulam simplicem et compositam, inter tibiam et fistulam atque alia eius generis instrumenta. Non enim dubito, quin certa quaedam fistula etiam ☿ sacra fuerit, cui musicae inuentio omnino tribuitur. Huc spectat, quod Marsyas, filius Hyagni, tibicinio certauerit cum Apolline (☿). Hinc Horapollo (II. 117.) fistulam (συνγγα) dicit demulcere animum et in memoriam reducere, quae quis cum voluptate (καταθυμιως) gesserit. Hinc cercopitheco tribuitur fistula duplex (vid. Tabulam Tituli h. op.). In vniuersum autem veteres duo instrumentorum musicalium genera distinguunt (Proclus ad Plat. Alc. I.), alterum placabile, alterum excitatorium, quod vltius ille mysteriis (♂) aptum praedicat. Quo ex loco clarum est, etiam ♂ sacra fuisse musica instrumenta. Hinc in festis Mineruae Libyae canebant fistulis ex antiloparum seu gazellarum ossibus (♂) factis. Hinc Minerua (♂) ipsa Dioscorides (☿) docuisse dicitur pyrhhicham fistulando (Kreuz. Symb. II. 644.). Hinc Athenienses, ♂ cultores, et amabant, et adhibebant tibiaram cantum in festis Mineruae. Serius quidem, vt narratur, Athenienses citharas pro tibiis adhibuerunt (Boettiger in Attisches Museum I. 2. p. 349. s.); ex quo clarum est, hoc instrumentum, quum non lyrae suauitatem haberet, ♂ symbolum fuisse. Quae quidem sententia confirmatur Mythologia Indica, qua ♂ fingebatur cytharam tenens (Kreuz. Symb. Tab. XXIX. Vid. supra Elephas.). Quod citharam Aegyptiacam attinet, haud absimilis erat citharae Indicae nostraeque, vt ex opere Francogallico notum est. Constat enim cithara collo longo, cuius parti superiori haud procul a fine paxillus transmissus est ad firmandas chordas, atque semiglobo resonante cum foramine quadrato. Itaque probabile est, citharam, sono duro, ♂ symbolum fuisse; fistulam simplicem, pariter atque transuersam, sono dulci, ♀; fistulam duplicem ☿ adscribendas esse.

Flagellum, μαστιξ, ☉ nec non ♂ symbolum fuisse videtur. Tradebant Aegyptii, Typhonem abigi sistro ab Iside, flagro ab Horo sive Harpocrate (Jablonsk. Panth. L. II. p. 292.). Quum Horus Harpocrates sit ☉, iam claret, flagellum ad ☉ spectare. Idem testatur Proclus Hymno ad Solem (Fabric. Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 510.), quum canit: *Te (☉) vere metuunt, tua si quid flagra minentur inuisi nobis genii (♄)*. Tradit vero etiam Stephanus (v. Παν), *esse Panopoli Dei simulacrum in quo apparet erectum veretrum — dextraque flagellum Lunae intentat (ἐπιχει)* cuius idolum esse aiunt Pana. Quod non intelligo, quum negatur, Pana esse ☉, nimirum vernum. Certe constat, ☉ eorum deorum nomina assumere, in quorum finibus versatur. Iam Pan (☿) et veri praeest, et decuriam in ♃, vrbi Panopoli correspondentem, possidet. Quare Stephano sane ☉ in ☿ (Panis) decuria Pana vocare licuit. Ceterum negari nequit, flagellum etiam ♂ symbolum fuisse. Hinc Bellona fingebatur flagellum gerens, pariter atque Indorum Mars (Kreuz. Symb. Tab. XXVII.). Idem cadit in Gnosticorum Martem in numis vel lapillis expressum (Pignor. Tab. Is. p. 43. Tab. III. V.).

Generationes Aegyptiorum septem planetis septem consecratae. Etsi non constet de patronis omnium ac singulorum ordinum Aegyptiorum; saltem certo constat, ordines sacerdotum ☉, militum ♂, subulcorum ♄ in vniuersum consecratos fuisse. Herodoto teste (II. 164.), ordines fuerunt hi: 1) sacerdotes, 2) bellatores, 3) bubulci (βουβοται), 4) subulci (συνβωται), 5) negotiatores (κα-

πηλοι), 6) interpretes (ἐρμηνεες), 7) nautae (κυβερνηται). Subulcos praecipue despectos fuisse, docent Moses (Genes. 46, 34.) et Manetho (Ioseph. c. A. 1. 14. p. 1039.). Reapse sus ♃ symbolum erat (p. 142.). Diserte Ptolemaeus (Quadr. p. 50.) sacerdotes ☉ adscribit. Huc facit, quod Persarum sacerdotes item ad ☉ referebantur. Milites quidem ♂ tribuunt astrologi (I. §. 49. p. 62.), quare apud Aegyptios milites in ♂ domiciliis circa Thebas et Sain habitabant. Quod interpretes attinet, haud dubie ad ♃ literarum et disciplinarum auctorem spectant, quare et ἐρμηνεες vocantur. Nautas ipsi astrologi (I. §. 48. p. 60. n. 3.) ♃ adscribunt. Negotiatores, καπηλοι, ♀ proprii esse videntur, cui varia mercimonia et ipsi caupones, ad καπηλους haud raro adnumerati, tribuuntur (p. 64.). Denique bubulci haud dubie ♃ subiecti fuerunt, quum ♃ taurus Apis, Isidi vacca consecrarentur, et Isis ipsa arationem et iumentorum vsum prima docuisse diceretur.

Gryps, seu *Gryphus*, ☉ symbolum. Constat enim hoc animal factitium corpore leonis atque capite accipitris, vel aquilae, quae animalia coniunctim ☉ sunt symbola, pariter atque seorsim (v. Leo, Accipiter, Aquila).

Hydria Canopica, (ϞΛϞΟΥΓ, ϞϞϞΟΥΓ?), ♃ symbolum. Ruffinus (His. Ec. L. II. c. 26.) narrat, Canopi habitam fuisse hydriam, ventre tumido, Canabo (♃) sacram. Cuiusmodi hydria exstat in Geographico Taurinensi (Tab. II. No. 3. fin.), vt symbolum vrbis Canobi. Huius generis vasa Βανκαλια aut Κανκαλια appellata fuisse, Jablonskius (Panth. V. p. 145.) demonstravit. Aliud hydriarum genus (ΜΑΥΡΗC?) id fuisse videtur, quod Horapollo (I. 21.) memorat, cuius exempla in scriptis hieroglyphicis frequentia sunt. Tradit, inundationem Nili nunc leone, nunc tribus hydriis magnis significari. Quum Nilus et leo ad ☉ pertineant, haud dubie etiam tres altae illae hydriae ☉ symbolum valent.

Instrumenta opificum frequentissime reperiuntur in monumentis Aegyptiis delineata. Quum vero sua quisque planeta habuerit artificia; haud dubie instrumenta opificum varia, primum ipsa artificia, hinc planetas, singulorum opificiorum patronos, significarunt.

Laqueus, παγος, ΦΛϞ, ΖΑΒΕ, ΖΑΧΙ (βροχος), χορχε (insidiae) ♃ significare videtur. Tradit Plutarchus (Is. 373. 358.), quum inter pugnam Hori cum Typhone Thueris ad Hori partes transierit, serpentem persecutum esse Thuerin, quem Horus interfecerit. Hinc ait, *in huius rei memoriam quotannis in Aegypto funem proiici atque in duas partes dissecari*. Quo ex loco clarum est, funem significare serpentem contra Osiridem pugnantem, Typhonis animal, vel ipsum ♃. Quod vero Horapollo (II. 26.) laqueum dicit significare et amorem et feram quandam mortiferam, ex eo clarum est, alium laqueum pertinere ad ♃ et ♂ mortiferum, alium ad ♀ vel ♃ amorosam.

Lunae falcatae imago ♃ symbolum. Diserte Clemens (Strom. L. V. 4. p. 654.) tradit, ♃ exprimi lunae falcatae specie. Idem testatur Horapollo (I. 4.). *Mensem*, inquit, *notantes pingunt Lunam deorsum conuersam*.

Lyra, λυρα, ♃ significat. Nemo nescit, Apollini lyrae inuentionem adscribi antiquitus. Sic Aegyptii fabulabantur, Apollinem neruos Typhonis testudini intendisse, quo facto lyra iuuenta fuerit. Hinc diserte tradebant, Thouthum (♃) ad citharae imaginem lyram inuenisse (Kreuz. Symb. II. 197.). Hinc apud Homerum Hermes (♃) Apollinem (♀ aut ☉) docet lyra ludere. Hinc Apollo Pythius (♃) nunc lyra, nunc tripode (♃) insignitur (Kreuz. Symb. II. p. 200.). Hinc et Horapollo (II. 116.) lyram dicit significare *συνοχεα και ενωτικον*. Certe facundia et blandus sermo

☿ adscribuntur (I. §. 52. p. 66. n. 2.). Ceterum Deus O. M. dicitur Lyra (Jablons. Pan. Prol. LVIII.), quare, cum ☉ Dei supremi esset simulacrum, non improbabile, lyram, puto septem chordarum, ☉ conuenire. Hinc leoni tribuitur lyra (Tab. Tituli h. op.).

Mare, θαλασσα, πελαγος, ΙΟΜ, ΑΜΑΙΟΥ (maria, aquae) ♄ sacrum fuisse videtur. *Sunt*, inquit, Plutarchus (Is. 363.), *qui dicant, Typhonem (♄) mare esse. — Eaque de causa sacerdotes et mare abominantur. — Nauium quoque rectores ab iis non salutantur, quippe qui mari utantur indeque victum suum petant.* Huc accedit, quod mare Aegyptum terminat atque cum ♄ Oecodespota ♃ signi quasi coalescit. Ceterum, cum apud Graecos mare, vel altum maris, Neptuno adscribatur, quem Manilius (v. sup. I. §. 9. p. 16.) eundem facit cum ♃, Oecodespota signi ♄; non dubito, quin superficies maris, vel altum mare (*πελαγος*), quippe minus periculosum, apud Aegyptios quoque ♃ consecratum fuerit. Hinc utique astrologi adscripserunt ♃ nauigia salubria et felicia (I. §. 48. p. 60. n. 4.). Denique iidem astrologi ♂ tribuunt subitam nauium submersionem (I. §. 49. p. 62. n. 4.). Ex quo sequitur, maris turbas et fluctuationes neque ad ♄, neque ad ♃, sed ad ♂ spectare. Omnes enim agitationes extraordinariae et perniciosae eaeque violentae a ♂ repetuntur. Itaque puto, mare in vniuersum et speciatim mare Aegyptum terminans (*θαλασσαν*) ♄ adscribi, mare altum (*πελαγον*) ♃, mare turbulentum ac fluctuans ♂ attinere. Huc facit, quod imago ☉ quotannis apud Alexandriam, ♄ domicilium (♄), mari mergebatur. Significabant enim sic bene interitum Osiridis in ♄ (Kreuz. S. II. 101.). Praeterea, si totum mare, non solum illud Aegypto adiacens eamque terminans, Aegypti timuissent et fugissent ceu Typhonem, sane non intelligeretur, cur Aegyptii tantum cum aliis terris habuerint commercium tantasque expeditiones marinas susceperint, vt Kreuzerus rectissime monuit (Symb. I. p. 319. n. 64.).

Membra humana variis planetis sacra fuerunt. Iam supra vidimus (p. 58.), astrologos corpus humanum ad instar Zodiaci in 12 partes maiores diuississe, atque vnumquodque alicui planetae adscripsisse. Etiam de aliis partibus corporis dictum ab astrologis (I. §. 47—53.). Restat, vt videamus de aliis quibusdam membris, quae veteres scriptores planetis sacra esse tradiderunt.

Auris (ΜΑΩΣ, ΜΑΛΛΕ), dextra ♄, sinistra ♂ symbolum. Ita enim astrologi iubent (I. §. 47. 49. pp. 60. 62.). *Auditus vero in vniuersum ♄ consecratus erat (v. s. lepus).* Ceterum sicuti auris humana, ita et bubula ♄ significasse videtur, secundum Horapollinem (I. 47.). *Auditum, inquit, demonstrantes, tauri auriculam pingunt.* Obseruandum tamen, boni salaci, ♀ symbolo (p. 153.), auditum maxime acutum adscribi (l. l.), quare auris bubula etiam ♀ designauerit necesse est.

Brachium, ὤβρω, ♂ symbolum. Horapollo (II. 119.) dicit, manum (*χειρα*) esse symbolum amantis aedificandi (*αἰλοκτιστη*). Aedificatio vero ♂ sacra (I. §. 49. p. 62.). Quum idem addat, manum omnia absoluere *κτισματα*; clarum est, id non in manum proprie sic dictam, sed in manum cum vna seu brachium cadere, quod vocabulo *χειρος* passim appellatur. Eidem ♂ conueniunt brachia armata, de quibus Horapollo (II. 5.): *Belli aciem (♄), inquit, hominis depictae manus, haec quidem scutum, illa vero arcum tenens.* Eodem spectat manus fuste armata, passim in hieroglyphicis obuia. Narrat enim Herodotus (II. 63.), festum Martis agi Papremi ab hominibus fustibus armatis.

Capillus, ρωι, pili, ♄ symbolum esse videtur. Constat enim, sacerdotes Aegyptios toto corpore rasos fuisse; ex quo colligitur, sacerdotes, quippe ☉ consecratos, pilos auersatos esse. Quum

item auersati sint omnia ac singula Typhoni sacra, vt sal, cepam, mare; sequitur etiam capillos ḥ sacros fuisse.

Caput, ΖΗ, ΣΩ, ΔΠΕ, ☉ et ♂ symbolum. Vidimus enim, Υ respondere capiti in corpore humano veluti Zodiaco, atque ☉ sacrum dici omne animantis caput (I. §. 49. 50. p. 62.). Occurrunt autem in hieroglyphicis duo capita, alterum aduersum, alterum semiauersum, quorum quidem primum, quum orbi ☉ potius conueniat, ☉ significare videtur, secundum ♂.

Cor, ΖΗΤ, ♀ sacrum. Horapollo (I. 7.) tradit, cor exprimi accipitre, quoniam cor animae sedes, accipiter vero animae similitudo sint. Mens vero et animae facultates praecipue ♀ adscribuntur (I. §. 52. p. 65.). Idem (I. 21.) cor coniungit cum lingua, ♀ sacra (v. ib.). Denique idem (I. 36.) cor dicit exprimi ibide, quam ipse alias diserte cum aliis scriptoribus ♀ tribuit. Astrologi contra cor ☉ tribuunt (p. 63.), ♀ quippe affini.

Dentes, ΟΒΖΕ (et passim palatum), ΝΑΩΕ, ΝΑΧΕ, ΝΑΧΖΙ, ΨΩΛ, ΨΟΛ, ♂ symbolum. Quum omnis violenta contritio ♂ adscribatur; per se intelligitur, dentes ad ♂ spectare. Hinc ♂ sacra esse vidimus varia animalia acutis et fortibus dentibus praedita. Hinc Horapollo (I. 80.) ait, crocodilum (♂) ore aperto significare vescentem (τρογωντα), quo ex loco luculenter apparet, Horapollinem monstrare voluisse dentes.

Digitus, ΤΗΒ, ΘΗΒ, ♂, forte ḥ quoque significat. Capiendi facultas digitorum sane ad ♂ spectat (I. §. 49. p. 62.). Porro Horapollo (II. 6.) ait, stomachum significari digito. Puto στομαχον valere iram, ♂ propriam. Idem (II. 13.) dicit, digitum notare dimensionem (ἀναμετροσην), quae ḥ adscribitur (I. §. 47. p. 59. n. 3.). Notandum tamen, geometriam ♀ diserte adscribi (p. 65.). Haud dubie distinguendum est inter pollicem et reliquos digitos magis ad ♂ naturam accedentes.

Lingua, ΔCΠI (passim dialectus), ΛΑC, ♀ symbolum. Sic enim astrologi (I. §. 52. p. 66.). Assentit Horapollo (I. 27.), dicens, linguam sermonem significare, quae ♀ propria (l. c.).

Lumbi, ΚΕΡ, ΨΟΠΨ, secundum Horapollinem (II. 9.) ad ♄ pertinent. Hinc et astronomi femora ♄ adscribunt (I. §. 48. p. 61. n. 5.).

Manus, ΤΟΤ, ΒΙΧ, ΧΙΧ, ♀ symbolum. Diserte astronomi manum ♀ adscribunt, quoniam sit orationis interpret. Hinc Horapollo (I. 27.), manum ait symbolum orationis (♀), quoniam linguae placita (aut scribendo, aut gestibus) exequatur.

Oculus, ΒΑΛ, dexter ☉, sinister ☽ adscribitur (I. §. 50. et 53. p. 63. et 67.). Diserte autem Macrobius (Sat. I. 21.) oculum in vniuersum Osiridi (☉) adscribit et ☉ vocat oculum Iouis. Hinc cum ☉ et ♃ multa communia habeant; probabile, oculum significare ♃ quoque. Hinc quum obcaecatio adscribitur ☉ (p. 63. 4.); sequitur, coecum quoque oculum ad ☉ pertinere.

Odoratus, ΨΟΛΕΜ, ♀ sacer. Astrologi quidem odoratum ♀ tribuunt (I. §. 51. n. 5. p. 65.). Quum vero ♀ et ♀ multa habeant communia, non mirum, odoratum etiam ♀ (cani) proprium dici ab Horapolline (I. 39.).

Os, ΡΩ, ♀ contigit. Sic astrologi (I. §. 52. p. 66. n. 5.) volunt. Hinc Horapollo (I. 4.) os dicit corde (♀) exprimi.

Pedes, CΗΒI, ΡΑΤ, ♂ symbolum. Horapollo (II. 58.) haec habet: *perfortem agendo (ἀδυνατον γενεσθαι), pedes hominis in aqua obambulantés pingunt. Atque aliter idem significare volentes, hominem absque capite gradientem pingunt.* Ergo vtraque imago idem valet. Vidimus

autem (p. 177.), speciem hominis decollati ♂ significare. Hinc vero etiam Horapollo (II. 3.) ait, geminos pedes simul compactos ac firmatos (*συννηγμένους και βεβηχότας*) solis cursum, cum in solstitio sit hiberno, significare. Quae spectare videntur ad ♄. Eodem facit laud dubie, quod Horapollo (I. 65.) dicit, geminos hominis pedes in aqua fullonem indicare, quae ars ♄ adscribitur (I. §. 47. p. 59.). Distinguendum videtur inter pedum positionem.

Phallus, ΚΕΝΤΕ, ♀ symbolum, nec non ☿. Constat enim, phallophoria tempore verno, cui ☿ et ♀ praesunt, atque ☉ in ♀ signis versante celebrata fuisse. Hinc Horapollo (I. 48.) dicit, *penem foecundi (♀) monstrantes, non iam taurum (♀ signum), sed hircum pingunt*. Vidimus autem de hirci (☿ ♀) significatu (V. Pausan. VI. 26. p. 519. Plut. Is. c. 16.).

Supercilia, ΜΣΗΖΗ, ♄ sacra esse videntur. Quum capilli in genere ♄ sacri fuerint, per se probabile est, eidem etiam crines oculorum consecratos fuisse. Tradunt autem diserte Varro (L. L. IV. 10.) et Festus (in supercil.), supercilia Iunoni sacra fuisse, quam deam Manilius ♄ facit (I. §. 9. p. 16.).

Metalla septem planetis septem sacra haec sunt.

Aes, ΖΟΜΝΤ, ΖΟΜΕΤ, ΖΟΜΤ, ♂ proprium fuisse videtur, ferro ab initio incognito. Arma enim bellatorum, uti constat, ex aere, cupro et stanno constante, fabricata erant. Eodem spectat haud dubie *χαλκολιθανον*, aurichalcum.

Argentum, ΖΑΤ, ♃ symbolum. Signo ♃ enim antiquitus argentum in Aegypto (ΧΗΜΙ) a Chemicis significabatur. Hinc et cynocephali ♃ sacri ex argento fabricati fuerunt (Lucian. Tox. Tom. II. p. 75. Salm.). Negari tamen nequit, argentum ♃ quoque, et vitrum ♃ adscribi (Salmas. Ann. clim. p. 623.). Quod argentum viuum attinet, etiamnum ☿ signo expressum, haud dubie ☿ sacrum fuit.

Aurum, ΝΟΥΒ, ΝΟΥΥ, ♀ sacrum. Vidimus supra (p. 102.), Anubidis (☿) et Canobi (☿) nomina facta esse e nomine auri. Hinc statua et alia Anubidis insignia auro constabant. Serius quidem ☉ aurum, ☿ aes chemici adscripserunt (Salmas. l. l. p. 623.). Diserte autem aurifices ☿ sacri sunt apud astrologos (I. §. 52. p. 66.). Quod auri symbolum attinet apud Aegyptios, exstat in Museo Taurinensi tabula calcarea, qua homines expressi cernuntur linteam tenentes eoque arenam auriferam lauantes. Qua de re eiusmodi linteus aurarius significet ☿, necesse est.

Cuprum, ΖΟΜΤ?, ♃ proprium fuisse videtur, ut apud chemicos medii aevi accidit.

Ferrum, ΒΕΝΙΠΙ, (ΚΕΛΙ, ΚΛΛΕ?), ♂ sacrum. Tradit Plutarchus (Is. 376.), ossa hippopotami apud Aegyptios dici ferrum. Hippopotamus ♂ symbolum. Apud chemicos antiquitus signum ♂ significat ferrum.

Plumbum ΤΑΤΖ, ♄ sacrum. Nam signum ♄ chemicis antiquitus plumbum significat. Hinc, ut Plutarchus narrat (Is. p. 404.), Typhon (♄), quum Osiridem cepisset, cistam sepulcralem, firmavit clavis plumbeis.

Stannum, ΘΡΑΝ, ♀ sacrum fuit, ut diserte Valens apud Salmasium (Ann. clim. p. 623.) refert. Hinc et chemici signo ♀ stannum antiquitus exprimunt.

Modius, calathus, ωΠΙ, הַבַּי (= הַב), οἶσει, ωι (*μητρον*), ♃ aut ♀ symbolum fuisse videtur. Constat enim, ♃ tribui adauktionem Nili et fertilitatem omnino. Plinius (II. 99.) dicit, *hoc esse sidus, quod terras saturet, accedensque corpora impleat*. Plutarchus (Is. p. 367.) ait, Lunam prosperam esse stirpium pullutationi. Diodorus (I. p. 10. 11.) tradit, ☉ et ♃ mundum vni-

versum nutrire et augere. Teste Luciano (Op. T. I. p. 124. Salm.), Isis (☽) est, quae Nilum excitet et attollat. Hinc Seruius (Virg. Aen. VIII. v. 696.), *Isis*, inquit, *est genius Aegypti, qui per sistri motum Nili accessus recessusque significat*. Hinc fabula apud Pausaniam (Phocic. p. 881.) de lacrymis Isidis, quae efficiant, vt quotannis Nili aquae agros Aegyptiorum copiose irrigent. Hinc Lutatius (Schol. ad Stat. Theb. I. 265.) ait, *Isidis sacris Nilum exaestuare; — Aegyptiis vsque ad veros planctus prouentum fructuum quaerentibus*. Imprimis vero haec omnia ☽ tribuuntur tempore verno et post solstitium hibernum. Hinc Eusebius (P. E. III. 12.) tradit, fuisse Elephantinae signum aliquod symbolicum visendum, *quo subinnueretur, magnam esse in signo √ adeoque Veris principio Lunae vim ad cogendas eliciendasque aquas*. Hinc Plinius (XVIII. 18.) narrat, *Nilum euagari incipere Solstitio et noua Luna*. Quas quidem ob causas non solum ☽ imagines, sed haud dubie Serapis quoque fingebantur calathum capite ferentes. Sic exstat numus apud Pignorium (Tab. Is. p. 81. Am.) cum imagine Nili modium in capite gerentis, adscriptis verbis: *Deo sancto Nilo*; altera vero numi pars continet imaginem Serapidis, calathum capite portantis, adscriptis vocabulis: *Deo sancto Serapidi*. Nilus frugifer quidem hic significatur, symbolo ☽ (calatho) addito, aut ♀, quae tempori verno praeest. Quum vero etiam Serapis modium in capite gerat, eumque secundum Pignorii numum maiorem illo, quem Nilus fert; non improbabile est, aliam mensuram ☽ vel ♀, aliam ☉ vel ☿ (Serapidis) symbolum fuisse. Hinc forte et Iuno Samica calathum, seu modium capite ferens fingebatur (Kreuz. Symb. II. 553 s.).

Nilometrium, ☉ nec non ♃ symbolum. Quum Nilus ☉ et ♃ imago valuerit; non dubium est, quin mensura Nili eodem spectauerit. Variis in vrbibus exstructa erant Nilometria, seu camerae subterraneae, cum Nilo coniunctae, in quibus scala ad indicandos aquae gradus aderat. Pro symbolo horum nilometriorum haud dubie adhibebantur nilometria portatilia seu cubiti (πηχεις). Constat enim, certo tempore cubitos illos in publicis pompis portatos fuisse. Iam vero hos cubitos πηχεις, ΗΠΙ, ΜΑΖΙ, ☉ sacros fuisse, e sequentibus colligitur. Celeberrimum Nilometrium Memphi habebatur, quae ☉ est prouincia (Diodor. IV. 1. 6.). Deinde in Nili (☉) adumbrationibus cum aliis ☉ symbolis, vt captoribus crocodilorum, erant sedecim Pechi (pueri Niloaci cubitales) ad indicandos totidem cubitos legitimae ascensionis Nili (Plin. L. 26. c. 7. Philostrat. Icon. 1. p. 737. Morell.). Denique festo Nili, vt Ruffinus narrat (His. Ec. II. c. 30.), cubitus ille ad templum Serapidis (☉) ferebatur, velut ad incrementi aquarum et inundationis auctorem. Idem (ib. c. 18.), *cumque gentiles*, inquit, *Serapim esse dicerent, a quo Nilus ad irrigandos Aegypti agros adduceretur; eo quod cubitus Nili ad templum Serapidis portari consueuerat*, cet. Vidimus autem, Aegyptios ☉, adiuuante ☽, tribuisse Nili incrementa. Ceterum quum ☉ et ♃ similis naturae putarentur, atque Nilus vtriusque numinis symbolum valuerit; non dubito, quin Nilometrium ♃ quoque significauerit.

Obeliscus, ☉ symbolum. Diserte enim hoc tradunt Tertullianus (De spectac. c. 8. p. 93. Rig.), Porphyrius (Euseb. P. E. III. c. VII.), Plinius (H. N. L. 36. c. 8.), aliique (Ammian M. XVII. p. 100.).

Phiala, (?ΛΙΧΙ, ΧΗ τρυβλιον) ☿ symbolum. Narrat enim Lucianus (Toxar. Op. T. II. p. 75.), in templo Anubidis fuisse statuam Anubidis, et cynocephalos, et caduceum, et phialas aureas, quae quidem omnia ☿ erant consecrata. Huc accedit, quod in festo Isidis cynocephalus (☿) phialam auream portabat (Petau. Vranol. T. III. v. Dupuis Orig. T. II. P. II. p. 229.).

Pileus, ♂ significare videtur. Etsi pileus Aegyptius, in monumentis frequenter occurrrens paululum differat a Graeco; non dubito tamen, quin ille antiquitus ad Graecos eiusdem dei insigne venerit. Constat autem, Vulcanum (♂) constanter insigniri pileo (Kreuz. Symb. Tab. Text. p. 12.). Ab hoc quidem ♂ pileo differat necesse est alius pileus, ♀ symbolum. Simili enim pileo exprimitur dominus signi ♃, quippe ♀, in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.). Ceterum reges Aegyptii portabant pileos (πῖλος μακρὸς) vt Diodorus (III. 3.) refert, qui, vti ♂ symbola, sane regibus bellatoribus quadrabat.

Placenta, κηβί, ♃ symbolum fuisse videtur. Constat, Saturno (♄) voraci et crudeli victimas humanas oblatas fuisse, sicuti homines Typhonios Osiridi (☉), Plutarcho (Is. p. 380.) atque Diodoro (I. §. 79.) testibus. Iam Porphyrius (De Abst. II. 223. Lugd.) refert, Amosin sustulisse illa Iunonis (♃) sacrificia cruenta. Hinc in sigillo, quo victimae obsignarentur, erat imago hominis in genua desidentis, manibus post tergum deductis, ense in gulo imminente (Marsham. Chron. Sect. XI. p. 317.). Iam teste Panyasi apud Athenaeum (IV. p. 172.) pro victimis his humanis postea placentae offerebantur. Ergo placenta ♃ symbolum. Hinc in placentis illis imago asini vincti impressa erat (Plutarch. Is. 362.). Ceterum in sacrificiis Mense Payni (Π) et Phaophi (♃) offerebantur eiusmodi placentae. Post mensem Π quidem ☉, in ☽ seu solstitium aestiuum ingrediens, minui incipit atque in ♃ ☉ ad ♃, seu hemisphaerium infernum, descendit. Ergo placentae valebant ♃ sacra, quibus Osiris expiaretur pariter atque sne, ansere, coturnice aliisque ♃ animalibus oblati. Hinc in Thesmophoriis quoque, quum ☉ ad infernum descenderet, die lugubri placentis vescebantur Graeci.

Pschent, ψχεντ, regum Aegyptiorum corona (Insc. Ros. L. 44.), siue aliud regiae potentiae signum (π - ΞΕΚ - Ν - ΘΟ *dux mundi*) ☉ aut ♃ symbolum fuisse videtur. Regia enim ornamenta pertinent ad ☉ eiusque simulacrum ♃, mundi gubernatores. Quum vero ☉ omnium regem, ♃ regulum valeat (I. §. 47. 50.); credo, Pschent maxime ♃ significare, magis regibus Aegypti similem.

Pyramis, ☉ nec non ♂ symbolum. Porphyrius (Euseb. P. E. III. 7.) tradit, *pyramides atque obeliscos ignis naturae* (♂), *conum vero* (pyramidion) *Soli tributum esse*. Reapse ☉ sexcenties ignea natura esse dicitur. Huc facit nomen π - ΟΥΡΩ - ΜΑ (ΜΑΙ), Regis (☉) deliciae aut monumentum, vt ΛΜΟΥΝ - ΜΑΙ (Meiamun), *Iouis amatum*, designat. Hinc in fine Labyrinthi pyramis erat, monumentum ☉ (Osiridis) in fine Zodiaci (♄) mortui. Ceterum constat, nonnisi in prouincia Memphitica, ☉ dominio, Ω signo, pyramides exstructas fuisse. Quum vero et ♂ ignis sacer fuerit (I. §. 49. n. 1. 3. p. 61.), atque ☉ et ♂ multa haberent communia, quumque opera herculea quaeque, praesertim aedificia (I. §. 49. p. 61.), ♂ adscriberentur; non dubium est, quin pyramides etiam pro ♂ symbolis habitae fuerint.

Quadratum ♃ et ♀ symbolum erat, vt testantur Johannes Lydus (de menss. p. 87.) atque alii (Kreuzer Comment. Herodot. p. 135.). Hinc secundum Pythagoraeos Hermes, vt *λογος ἀληθινος*, quadratum gerit (Plut. Quaest. Sympos. IX. p. 1050. Wyt.).

Rota ♂ symbolum. Quemadmodum enim calceus (♂), ita et rota omnia sub se conterit; atque ♂ est omnis contritio (I. §. 49. p. 61.).

Sal, ρμογ, ♃ sacrum. Plutarchus (Is. 363.), *sunt*, inquit, *qui dicant*, *Typhonem mare esse*. *Eaque de causa sacerdotes et mare abominantur, et salem Typhonis spumam vocant*,

interque alia interdictum est iis, ne salem in mensa ponant. Idem alias (Is. 352.) ait, *Sacerdotes salem de cibis detrahere, quo tempore pure et caste viuunt.* Quod confirmatur etiam aliis Plutarchi locis (Sympos. VIII. 8. p. 729. V. 10. p. 685.). Tradit tamen Arrianus (Epp. Al. M. III. 161. Blanc.), in Marmoria apud Iouis Ammonis templum reperiri salem, quo vtantur in sacrificiis (nimirum Typhonicis).

Scala, ΜΟΥΚΙ, ♂ symbolum. Tradit enim Horapollo (II. 28.), scalam *significare obsidionem*, quae ad ♂ artes numeratur (I. §. 49. p. 61.).

Sceptrum, ΩΒΩΤ, ☉ sacrum fuisse videtur. Sceptra enim apud veteres regum erant insignia atque ☉ rex omnium putabatur. Diserte Macrobius (Sat. 398. 465.) sceptrum Osiridi (☉) tribuit, vt prouidentiae et dignitatis signum. Loquitur autem de sceptro cum oculo (☉).

Sistrum, ΚΕΜΚΕΜ, ♀ et ♂ symbolum. Teste Seruio (Virg. Aen. VIII. 696.), Isis (♀) fingebatur dextra sistrum tenens. In numis Aegyptiacis, vt ex Pignorio (Tab. Is. fin.) constat, Isis sistrum fert. Hinc narrabant, Isidem sistro, vt Osiridem flagello, abigere Typhonem. Sistra ipsa, quotquot supersunt, nunc felis (♀) caput, nunc Isidis cum auribus felinis continent; ex quo sequi videtur, praesertim quum ☉ et ♀ alias res communes habeant, sistrum ad ♀ quoque spectare. Quod vero Isis sistro abigit Typhonem, id pertinet ad nouilunium in ♄, primum post Typhonis victoriam in solstitio hiberno.

Situla, ΚΑΧΙ, ΚΝΙΚΑΧΙ (coriacia s.), ☽ symbolum. Seruius (Vir. Aen. VIII. 696.) tradit, Isidis sistro, quod dextra gerat, Nili accessum et recessum, sitella autem, quam sinistra manu gerat, affluentiam omnium lacunarum significari. Diserte autem veteres ☽ tribuerunt Nili incrementa, vt vidimus (v. Modius). Haec situla in manu Isidis cernitur apud Pignorium (Tab. Is. fin. tab. I. n. 4.). Aliud vasorum genus ☽ sacrum exstat apud eundem (p. 17. b. Venet.) clarissime in numo expressum post Isidem. Ceterum utroque in numo apparet Isis, vna cum Horo, calathio in capite insignis. Haec autem situla differt a reliquis vasibus eo, quod admodum alta, ventre ouo simili, pede alto, collo alto, vna ansa gracili atque ore paululum prostante est.

Soni 7 musices 7 planetis sacri. Quum ♄ planeta putaretur natura maxime tristi et obscura; clarum est, sonum scalae musicae maxime profundum ♄, altissimum seu clarissimum planetae opposito seu primo, nimirum ☽ conuenire, et sic deinceps. Reapse Dio Cassius (L. XXXVII. c. 17. vid. Ideler Chron. I. p. 178.) docet, hos esse sonorum dominos, si a sonitu profundo ad altum pergas: ♄ 4 ♂ ☉ ♀ ♃ ☽ ♄ = c d e f g a h c̄ = vt re mi fa sol la si vt.

Sphinx, ♄ symbolum. Sane incredibile dictu est, quam varie et false mythologi sphingem interpretati sint. Teste Aeliano (XII. 7.), Aegyptiorum sphinges constabant e corpore virginis et leonis. Profiteor tamen, fere omnes, quas ego vidi, antiquas Aegyptiorum sphinges esse masculas. Graeci nonnunquam sphingem fingebant capite et manibus mulieris, corpore canis, vnguibus leonis, cauda draconis, alis auis; quae omnia ♄ sunt sacra. Sphingem vero ♄ esse symbolum, vel ex eo claret, quod auctores Graeci Sphingi sapientiam, aenigmata atque rapacitatem adscripserunt, eamque Typhonis et Echidnae filiam, nec non a Iunone (♄) missam dicunt. Nam ♄ astrologi tribuunt *multam cogitationem, profundam rerum scientiam, voracitatem, crudelitatem* (I. §. 47. p. 59. n. 1. et 2.). Typhon vero, vt vidimus, valet ♄, atque Echidna aut ipsa est ♂ vipera, aut ♄ serpens mortifer, quare, qui talibus parentibus gignuntur, non possunt non ad principem ma-

lorum ἥ pertinere. Iuno vero a veteribus pro ἥ habebatur (I. §. 12. s. ≈ p. 16.). Huc facit ipsius nominis interpretatio. Etenim *Sphinx* (σφιγξ) descendit haud dubie a CEB, CABE (CΦI), *prudens, sapiens, astutus*, CBΩ, CHBO *prudentia, sapientia*, ωφω *fabula, aenigma*, COYEN (swen) COYΩN (swon) *sapere, cognitio, γνωσις*. Quibus affinia sunt *sapere, σοφειν, σοφεια, σοφος*, כּ *circuire, curare*. Itaque Sphinx sapientem denotat per se, quam virtutem mythologi Sphingi, vt astrologi ἥ tribuerunt. Huc faciunt loca Clementis (V. p. 517.) et Synesii (de Regn. p. 7. 101.), quibus Sphingi potentia et sapientia adscribitur. Idem sibi vult fabula apud Diodorum (II. p. 167. c. 25.), qua Sphinges degebant circa fines Aethiopiae, ἥ domicilium, nimirum ≡. Quod porro posteriora leonis in sphinge adhibita attinet, supra vidimus (p. 148.), ea ἥ esse consecrata. Denique constat, sphinges portare lotum in capite, veluti in statua Taurinensi et in numo antiquo (Champoll. lettre I. Tab. 1. Kreuz. Symb. Tab. I. n. 13.). Ceterum hoc in numo dicto, ne sphinx pro alio numine habeatur, adsunt et alia ἥ symbola luculentissima: lotus, crocodilus, serpens; quibus ἥ de symbolis supra dictum est. Quod vero sphinges criocephalos attinet, credo, quum ἥ et ♂ pleraque communia habeant atque aries ♂ sit animal, quumque sphinges criocephali Thebis ♂ domicilio, reperiantur, eos ♂ planetam, hiuc ♂ dominum prouinciae Thebanae, seu Υ terrestris, significare.

Stela, στήλη (col. χηρι, χηρε, χηρι ἢ χηαι tabula literaria), ἥ sacra fuisse videtur. Satis enim constat de Thoutho literarum et artis scribendi inuentore. Quare, quae ad scripturam proxime pertinent, non possunt non ἥ sacrari. Quod non valet solummodo de tabuletta scriptoria proprie sic dicta (Horap. I. 38.), sed etiam de stelis sepulcralibus, vel historicis. Hinc veteres diserte stelas, non solum antiquissimas, sed alias quoque, Mercurio adscribunt (Jablons. Panth. V. p. 177. s.). Hinc nomen stelae (ΘΟΥΟ† columna) idem atque ἥ Thouthi (ΘΟΥΥ†) esse videtur.

Tuba, ἥ significare videtur. Tradit enim Plutarchus (Is. 362.), Busiritas et Lycopolitas asinum pariter atque tubam auersatos fuisse. Auersatio cadit in ἥ sacra, vt asinum, apud vrbes vel prouincias dominio ἥ non subiectas. Hinc et Aelianus (X. 26.) ait, *incolas Abydi asinum et tubam detestari*.

Vasa varia planetis variis consecrata. Supra dictum est de situla D, de vrceo ἥ, hydria ⊙, phiala ἥ. At multa alia vasum genera reperiuntur in monumentis Aegyptiacis; quare probabile est, omnes ac singulos planetas cum alia artefacta, tum alia vasa, singulari forma insignia, sibi sacra habuisse. Huc spectat vasculum ab Apuleio (Met. XI. p. 262.) commemoratum. Narrat enim, stolitam, in pompa Isiaca procedentem, *gessisse deformatam manum sinistram porrecta palmula atque aureum vasculum in modum papillae rotundam, de quo lac delibaret*. Eandem pompam describere videtur Clemens (Strom. VI. p. 633.), vbi sacerdotem dicit cubitum iustitiae (nilometrium) ferre ac insuper vas ad libandum. Quum nilometrium et lac ab animalibus Osiridis (⊙ 4) petatum ad ⊙ et 4 spectent; verosimile est, illud vasculum ad modum papillae ⊙ symbolum fuisse, aut 4, quippe ⊙ maxime affinis.

Velum, λαβο, ♂ symbolum. Quum velum sit, quo naues moueantur, atque vis ac potentia quaeuis maxime ad ♂ referri consueuerit a veteribus; per se probabile est, velum ♂ significasse. Huc accedit, quod Mineruae (♂) omnis textura atque opera texta, veluti pannus, velum, adscri-

bebantur. Diserte velum vt Isidis inuentum celebratur a Hygino (Fab. 277.) et Fulgentio (L. I. c. 25.). Est autem Isis non solum ♀ et ♂, sed etiam ♂ atque ♀ in ♂ dominiis, vt vidimus. Hanc quidem Isidem, veli et nauis inuentricem, esse ♂, ex eo claret, quod Minerua (♂) primam ab Iside (♂) inuentam nauem, teste Eratosthene (c. 35.) inter stellas posuit. Vtique dii non nisi sua opera diuino honore afficere solent. Huc facit, quod in Panathenaeis peplus Mineruae, quo et Neitha (♂), Minerua Aegyptia, celata insigniebatur, per aliquod tempus, vti velum in nauis, extendebatur (Kreuz. Symb. II. p. 814.), quo facto peplus ad Mineruae templum et imaginem reportabatur. Ceterum nauem in vniuersum ♂ adscribendam esse, plurima suadent. Omnis enim aedificatio et omnia opera herculea ♂ conueniunt (I. §. 49. p. 61.). Festum nauigationis atque deorum nauigationis tutelarium Romae celebrabatur mense Martis et quidem ludis bellicis (Dupuis Orig. de tous les cult. T. II. 2. p. 92). Mensis Martis vero ♀ respondet, vt Ianuarius Mensi Toth seu ♀, atque ludi bellici ♂ proprii sunt. Accedit, quod illi Isidi, nauis inuentrici, pariter atque Mineruae potestas ventorum adscribebatur (Dupuis Or. II. 2. 91. ss. Kreuz. Symb. II. p. 339.). Hinc Sesostris nauem splendidissimam summo Thebarum numini (♂) dedicauit (Diodor. I. 57. p. 67. Wess.). Hinc astrologi diserte ♂ tribuunt nauium compositionem (I. §. 49. p. 61.). Praeterea, quum plura fuerint nauium genera; non dubito, quin alia nauis ♂, alia ♀ sacra fuerit. Sane discernendum videtur inter naues bellicas, aut saltem maiores, et nauculas minores et velociores ♀ similes. Hinc in numo (Morelli Thes. Hav. sub. gen. Calpurn. n. 8.) altera parte Ianus (♀), altera nauis cum Victoria (♂) cernitur. Et Seruius (Virg. Aen. VIII. 357.) tradit, Ianum cum naue in numis coniungi, quoniam exsul nauis venerit. Ceterum, quum etiam Saturnus nauis vectus in Italiam venisse dicatur (Plutarch. Quaest. R. XLI. p. 274. E. Vol. II. p. 123. s. Wit.), non improbabile est, etiam ♀ nauium genus, puto lentum et pigre, sacrum fuisse.

Vocales septem, planetis septem sacrae. Quum omnes res humanae, siue in adspectum, siue in auditum cadant, planetis adscriptae fuerint; non dubium est, quin et vocales singulae singulis planetis sacrae fuerint. Eiusdem sane rationis sunt septem soni musices, consonae eiusque generis alia humana inuisibilia, planetis, vt vidimus, sacra. Inter omnes constat, Aegyptios deorum (planetarum) laudes cecinisse per septem vocales (Iablons. Panth. Prol. LV. ss.). Sic Demetrius dicit, *in Aegypto sacerdotes etiam per VII. vocales quasi hymnis deos (planetas) celebrare, dum eos ordine continuo sonant (♂ ♀ ♂ ♂ ♀ ♂ ♀)*. Idem haud dubie sibi vult locus Horapollinis (II. 29.), vbi dicit, *litteras septem, duobus inclusas digitis Musam (μουσαν), vel infinitum (ἀπειρον), vel fatum (μοιρον) significare*. Constat enim Deum O. M. cogitari musica delectari (harmonia sphaerarum), eumque infinitum esse et inexpertum. Sic Gnosticus apud Irenaeum (I. 14. §. 7. Mass.) canit de Deo O. M.: *Septem vocales me Deum magnum corruptionisque expertem laudant litterae, me, totius huius vniuersi indefessum parentem. Sum autem ego lyra (septichorda) vniuersi incorruptibilis, quae lyricos verticis coelestis modos concinnaui*. Haec verba autem egregie illustrantur a Proclo (Tim. Plat. IV. p. 251.), dicente, *Deum O. M. 7 planetis vti ceu instrumentis in gubernando mundo*, vnde omnis orta est nefanda illa astrologia et mythologica Dei O. M. colendi ratio. Ex ordine vocalium, quem veteres nobis conseruarunt et tradiderunt, bene intelligitur, quibus planetis singulae vocales attributae fuerint. Sic Graeca papyrus, de qua infra fusius, hunc vocalium ordinem constituit secundum septem planetas: α, ε,

η , ι , o , v , ω . At vero in oculos incurrit, hunc non verum esse et antiquum ac genuinum vocalium ordinem. Alias enim docui (De Sonn. litt. Gr. 632.), ω esse literam mere Graecam, multo serius excogitatam, atque Aegyptios, licet alphabetum Hebraicum cum Aegyptiaco initio conueniret et ordine et potestate, tres literas antiquo alphabeto adiunxisse. Quum prima antiquissimi alphabeti litera fuerit α , \aleph , prima vero ab Aegyptiis adiuncta litera, teste Plutarcho, Ibis audiverit; clarum est, illi septem vocalium seriei, quae sane cum antiquissimis alphabetis conuenit, unam vocalem, quippe Ibis literam praecedere debere, vocalem ω vero omittendam esse. Constat autem, Ibidem Hieroglyphice valere et pronunciari α , ut in nomine Amosis. Hinc itaque ordo vocalium apud Aegyptios fuit hic: α \aleph , α \mathcal{D} ($=\alpha$ \mathcal{D} , α \aleph), e φ , η \odot , i \mathcal{J} , o \mathcal{Z} , v \mathcal{H} . Vocalis v vero, ut alias demonstrari quodque ipsum Latinorum $V=Y$ demonstrat, initio u pronunciatum fuit, donec multo post literae o v compositae a Graecis pro u adhiberentur. Itaque vel natura cuiusque vocalis singulorum planetarum naturis accommodata apparet. Quemadmodum enim in musica soni maxime clari et aperti primis planetis, obscuriores ultimis tributi fuerunt; ita et in oratione humana \mathcal{D} \aleph a α , u obscurum \mathcal{H} obscuro (p. 58.) contigit. Sane obiici poterit, hoc in vocalium ordine duos esse α sonos. At puto, alterum α correptum, alterum productum fuisse, aut, quod probabilius est, α \mathcal{D} ab α \aleph paulo diuersum fuisse sonitu, ut α nostrum ab α Anglico, aut $\hat{\alpha}$ Danico, ad instar $\bar{\tau}$ et $\bar{\tau}$ Hebraeorum, qui vel ipsi septem signis, quum $\bar{\tau}$ et $\bar{\tau}$ duo numerantur, septem vocales distinxerunt. Iam satis; infra enim fusius de hoc argumento.

C o n c l u s i o.

Quae iam disputauimus de numinibus Aegyptiacis rebusque iis sacris, ea, quum veteribus scriptoribus fidem denegare nefas est, luculenter docent, Aegyptios duplici modo elementa astronomica, tum planetas, tum Zodiaci partes, de quo ante omnia quaerendum erat, exprimere potuisse ac debuisse, altero phonetico, altero symbolico. Quemadmodum ergo nos planetas et signa Zodiaci aut appellamus variis nominibus et cognominibus, aut significamus scribendo signis quibusdam et figuris singularibus; ita et apud Aegyptios accidit. Vberrima autem est Aegyptiorum symbolice astronomica. Quamuis enim paucissima signa suffecissent ad significandos planetas eorumque loca indicanda in scriptis astronomicis; tulit tamen, ut vidimus, Aegyptiorum religio, ut quamplurima symbola astronomica existerent, vsuque venirent. Neque dubium est, quin symbolice astronomica multo adeo vberior sit ea, quam e veteribus scriptoribus iamiam eruimus. Dolendum sane, veteres non comprehendisse nobisque tradidisse vnus libri volumine, quaecumque ad symbolicen Aegyptiorum astronomicam spectarent; sed negari nequit, quae veteres de eo tradiderunt, etsi imperfecta nec raro subobscura, ea sufficere ad scripta Aegyptiorum astronomica, paucissimis exceptis, satis iam intelligenda. Apparebit enim, maximam figurarum hieroglyphicarum partem, quae ad astronomiam spectent, iamiam a veteribus nostris explicitam esse. Quum vero alia signa ignota in scriptis astronomicis nobis occurrant, tum ita versandum erit, ut iis de coniectura aliquem significatum tribuamus, euentu comprobandum. Quum enim aliis in locis eadem signa probabiliter explicita idem significare deprehendantur; sane concedendum erit, recte a nobis coniectum fuisse. Ceterum etiamsi veteres pauciora de symbolice Aegyptiorum astrono-

mica tradidissent, aut, quod rarissime accidisse spero, perperam a nobis eorum dicta intellecta fuissent; tamen non desperandum esset de certa scriptorum astronomicorum ab Aegyptiis conservatorum explicatione. Sufficeret enim naturas planetarum et signorum Zodiaci accurate comparare cum rebus vita vsuque venientibus; in scriptis Aegyptiacis vero ipsis easdem personas eademque symbola astronomica constanter ad eosdem planetas eademque Zodiaci partes referre. Restat, vt colligantur varia planetarum symbola, quo facilius oculis comprehendatur, quam variis modis singuli planetae eorumque partes in Zodiaco exprimi possint. Qua in re ita versabimur, vt primo planetarum symbola phonetica, nimirum propria nomina et impropria atque cognomina sacra enumerentur, hinc eorum simulacra et imagines humanae, deinde animalia, vegetabilia, corporis humani aliarumque rerum particulae, denique artefacta, instrumenta et alia naturalia particularia ad astronomiam Aegyptiacam spectantia colligantur.

§. 15.

Symbola ☉. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 50. P. II. §. 4. 8—14.

I. *Nomina et cognomina.*

Ra, Re, Helios p. 81.	Homoth. (Dec. ☉.) p. 24.	Iao p. 108.
On (plan. et vrbs.) p. 12.	Isro (id.) p. 24.	Ichton p. 109.
Mesori (mens.) p. 82.	Ammon, Amun. p. 97.	Mandulis p. 110.
Venephes (rex.) p. 83.	Apis (taurus) p. 100.	Mneuis (taurus) p. 111.
Senacher (Dec. ♀.) p. 23.	Arsaphes (♀) p. 100.	Nilus p. 111.
Chontare (id.) p. 23.	Arueris (♂) p. 101.	Onuphis p. 113.
Chnat (id.) p. 23.	Bacis (taurus), Pacis p. 115.	Osiris (in ☉ et ss.) p. 113.
Tepisatosa (Dec. II.) p. 23.	Belus p. 101.	Pacis (taurus) p. 115.
Phuor (id.) p. 23.	Besa p. 102.	Paamytes p. 115.
Reinaor (id.) p. 23.	Camephis p. 102.	Petempamentes p. 116.
Thumis (Dec. ♀.) p. 24.	Cneph p. 103.	Phruron p. 116.
Tomi (Dec. ♀.) p. 24.	Cnuphis ib.	Serapis (♂) p. 118.
Tepiseuth (Dec. ♀.) p. 24.	Harpocrates (☉ vernus.) p. 105.	Tchonemyros p. 121.
Sesme (id) p. 24.	Horus p. 107.	Phtha, Aphtha (♁) p. 118.

II. *Simulacra et imagines.*

Criocephalus discophorus cornibus hirci p. 98.	Hieracocephalus p. 108. 147.	Vates entheus p. 63.
Puer in loto, labia digito tangens (post solst. hib.) p. 106.	Aelurocephalus p. 132.	Aurifex p. 63.
Iuuenis (vere) p. 97.	Leontocephala p. 118.	Victor p. 63.
Vir barbatus (aest.) p. 117. p. 97.	Calathum ferens senex (Serapis et Nilus) p. 113.	Crocodilo insistens deus (☉ in ☉) p. 147.
Senex (hieme) p. 97.	Masculo-femina p. 118.	Phallicus (☉ vernus) p. 108. 115.
Claudicans (Harpocrates) p. 105.	Rex potens p. 63.	
	Pontifex summus p. 63. 180.	

III. *Animalia et vegetabilia.*

Camelus p. 143.	Aquila p. 156.	Delphinus p. 168.
Catus p. 146.	Phoenix p. 161.	Lepidotus? p. 169.
Elephas p. 145.	Scarabaeus taumorphus p. 162.	Allium p. 171.
Equus p. 145.	Struthio p. 162.	Palma p. 174.
Leo p. 148. 63.	Basiliscus (Vraeus) p. 164.	Papyrus p. 175.
Lutra? p. 150.	Cneph p. 103. 165.	Pinus frugifera p. 172.
Taurus p. 153.	Serpens hieracocephalus	Quercus p. 175.
Accipiter p. 155.	p. 165. 168.	Rosa purpurea p. 63.

IV. *Membra humana aliaque corporis partes.*

Corporis pars dextra p. 63.	Oculus caecus p. 183.	Nerui p. 63.
Latera vel latus et scapulae	Visus p. 63.	Spiritus p. 63.
(Ω) p. 63.	Cerebrum p. 63.	Caput (aduersum) p. 63. 183.
Oculus (dexter) p. 63. 183.	Cor p. 63.	

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Regia p. 63.	Pschent, apparatus regius	Castra p. 63.
Pyramis p. 186.	p. 186.	Aurum p. 63. 184.
Obeliscus p. 185.	Sceptrum p. 187. p. 108.	Color croceus p. 63.
Nilometrium p. 113. 185.	Lyra (septem chordis?) p. 182.	Color albus p. 178.
Calathus p. 113.	Regius omnis apparatus p. 63.	Sonus quartus musices p. 187.
Flagellum p. 180.	Pontificalia p. 63.	Vocalis quarta (η) p. 190.
Gryps, Gryphus p. 181.	Sculptoria instrumenta p. 63.	Consona quarta, XI et sic de-
Discus s. circulus p. 179.	Aurificum inst. p. 63.	inceps p. 179.
Vas rotundum p. 188.	Coqui inst. p. 63.	
Hydriae tres p. 181.	Praetoria p. 63.	

§. 16.

Symbola D. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 53. P. II. §. 4. 8—14.

I. *Nomina et cognomina.*

Io, Ioh p. 81.	Chumen (id.) p. 23.	Athyri (pr. in ♂). p. 130.
Men, Mene p. 83. p. 110.	Serucuth (Dec. ♂). p. 24.	Bubasi p. 130.
Epep, Epiphi (mens.) p. 82.	Suchoe (id.) p. 24.	Bubastis (pr. in ♂) p. 130.
Viroaso (Dec. ♂) p. 23.	Sagen (Dec. ♂). p. 24.	Isis. p. 133.
Ero (id.) p. 23.	Sesme (id.) p. 24.	Muth (p. ♀). p. 135.
Erebiu (id.) p. 23.	Tepisatras (Dec. ♂). p. 24.	Sothis (p. ♀). p. 138.
Thuimis (Dec. ♂) p. 23.	Ptebiu (id.) p. 24.	
Chumis (id.) p. 23.	Apis (taurus) p. 100.	

II. *Simulacra et imagines.*

- | | | |
|--|------------------------|---------------------------|
| Bubula (Io, Isis) p. 129. 130. 134. | Mulier (Isis). p. 134. | Negotiatrix p. 66. |
| Aelurocephalus (♀ Bubastis).
p. 131. | Vir (Men.) p. 110. | Terrae cultrix p. 66. |
| Bucephala. p. 134. | Virago ib. p. 134. | Bubulcus p. 181. |
| Sistrum et situlam ferens (Isis).
p. 134. | Religiosa p. 66. | Templorum ministra p. 67. |
| Diana cum luna falcata p. 134. | Irabunda p. 66. | Auia p. 67. |
| | Venusta p. 67. | |
| | Regina p. 66. | |

III. *Animalia et vegetabilia.*

- | | | |
|-----------------------|-----------------------------|--------------------|
| Felis p. 146. | Turtur p. 157. | Testudo p. 168. |
| Ichneumon p. 148. | Hirundo p. 159. | Oxyrynchus p. 170. |
| Leaena p. 149. | Ibis nigra p. 159. | Physa p. 170. |
| Taurus (Apis) p. 153. | Scarabaens vulgaris p. 161. | Platanus p. 175. |
| Vacca p. 153. | Vulpanser? p. 163. | Narcissus p. 67. |
| Cerna (♀)? p. 144. | Meisi serpens p. 164. | |

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

- | | | |
|-------------------------------|-------------------------|-------------------|
| Corporis sinistra pars p. 67. | Venter p. 67. | Deglutitus p. 67. |
| Pectus (☉) p. 67. | Stomachus p. 76. | Gustus p. 67. |
| Oculus sinister p. 67. | Mulierum pudenda p. 67. | |

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

- | | | |
|--|--|--|
| Modius p. 184. | Amatoria p. 67. | Sonus musices septimus p. 187. |
| Sistrum p. 134. | Ornamenta p. 67. | Vocalis prima (a) p. 189. |
| Luna falcata p. 135. 181. | Mercatoria p. 67. | Consona prima, octava et sic
deinceps p. 179. |
| Sitella p. 134. | Argentum p. 67. 184. | |
| Vas lunare p. 188. | Vitrum p. 67. 184. | |
| Instrumenta ad colendam terram
p. 66. | Color leucotheus et albus
p. 67. 178. | |

§. 17.

Symbola ☿. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 52. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

- | | | |
|------------------------|------------------------|-------------------------|
| Ermes (Hermes) p. 81. | Asicat (Dec. ♃) p. 23. | Eregbuo (Dec. ♃) p. 24. |
| Thoth (mens.) p. 82. | Chus (id.) p. 23. | Rheuo (id.) p. 24. |
| Paoni (mens.) p. 82. | Seth (Dec. ☉) p. 23. | Astiro (Dec. ♃) p. 24. |
| Athothis (rex) p. 83. | Syth (id.) p. 23. | Aseu (id.) p. 24. |
| Vbienthes (rex) p. 83. | Aphuth (Dec. ♃) p. 24. | Anubis p. 98. |
| Bienaches (id.) p. 83. | Aphoso (id.) p. 24. | Arneris p. 101. |

Aesculapius p. 109.
 Canobus (s. Canopus) p. 102.
 Eschmunus p. 104.
 Esenephys p. 133.
 Harpocrates p. 105.

Horus p. 106.
 Imenthes p. 109.
 Imuthes p. 109.
 Macedo p. 107. 109.
 Mendes p. 110.

Pan p. 105.
 Paytnuphis p. 115.
 Petensenes p. 116.
 Thouth p. 121.

II. *Simulacra et imagines.*

Cynocephalus p. 99.
 Puer labia digito tangens (Har-
 pocr.) p. 105.
 Iuuenis p. 65.
 Biceps p. 99. 122.
 Caduceum gerens p. 98.
 Hircinus p. 110.
 Hieracocephalus p. 108.
 Phallicum numen p. 123.

Ibiocephalus p. 123.
 Vertagocephalus p. 99.
 Scriba p. 65.
 Barator p. 65.
 Musicus p. 65.
 Medicus p. 65.
 Immolator p. 65.
 Minister p. 65.
 Famulus p. 65.

Mercator p. 65.
 Aurifex p. 65.
 Venator p. 65.
 Vates p. 65.
 Homo Mercurialis p. 66.
 Citharoeda p. 65.
 Sagittator p. 65.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Canis p. 142.
 Caper (hircus) p. 142.
 Cercopithecus p. 143.
 Cynocephalus p. 99.
 Ceruus p. 144.
 Dorcas p. 144.
 Gazella ib.
 Lupus p. 149.
 Simius p. 152.
 Vertagus (canis) p. 142.
 Vulpes p. 155.
 Accipiter p. 155.

Ardea p. 156.
 Ciconia p. 156.
 Coruus p. 158.
 Cucupha p. 158.
 Cygnus vocalis p. 159.
 Gallina p. 159.
 Grus p. 159.
 Ibis p. 159.
 Pelecanus p. 161.
 Vulpanser p. 163.
 Araneus p. 164.
 Lacerta p. 167.

Testudo p. 168.
 Maeota p. 169.
 Oxyrynchus p. 170.
 Phagrus p. 170.
 Ficus ignobilis p. 172.
 Acanthus p. 171.
 Granatum p. 172.
 Laurus p. 173.
 Platanus p. 175.
 Olea syluestris p. 174.
 Rubia p. 66.

IV. *Membra aliaque partes corporis humani.*

Humeri (Π) p. 66.
 Coxendices (ΠΠ) p. 66.
 Ilia (id.) p. 66.
 Os, locutio p. 66. 183.
 Lingua p. 66.

Nares p. 66.
 Brachia p. 66.
 Manus p. 66.
 Fel p. 66.
 Memoria p. 66.

Deliberatio p. 66.
 Cor p. 183.
 Phallus p. 108. 184.
 Odoratus p. 66. 183.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Canopicum vas p. 103.
 Cebus, Cepus p. 177.
 Cerberus p. 177. 119.
 Caduceus p. 177. 99.
 Crux ansata p. 179.

Corbis p. 179.
 Hydria p. 181.
 Phiala p. 185.
 Tibia p. 180.
 Fistula duplex p. 180.

Lyra p. 181.
 Octo numericae notae p. 104.
 123.
 Stele p. 19.
 Astronomica instrumenta p. 65.

Geometrica inst. p. 65.
 Scriptoria inst. p. 65.
 Tabuleta scriptoria p. 188.
 Immolatoria inst. p. 65.
 Venatoria inst. p. 65.
 Medica inst. p. 65.

Aucupum inst. p. 65.
 Aurificum inst. p. 65.
 Aes p. 184.
 Aurum p. 184.
 Argentum viuum p. 184.

Color purpureus et mixtus
 p. 66. p. 178.
 Sonus musices secundus p. 187.
 Vocalis secunda (ā vel ǻ) p. 189.
 Consona secunda et sic porro
 p. 179.

§. 18.

Symbola ♀. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 15. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Suroth, Surot. p. 81.
 Isis p. 12.
 Paophi (mens. ♂) p. 82.
 Pachon (mens. ♀) p. 82.
 Kenkenes (rex) p. 83.
 Sothis (Dec. ☽) p. 23.
 Asentacer (Dec. ♀) p. 23.
 Seket, Sikat (ib.) p. 23.
 Thopitus (Dec. ♀) p. 24.
 Questucati (id.) p. 24.

Sensiner (Dec. ♀) p. 24.
 Senciner (id.) p. 24.
 Sieme (id.) p. 24.
 Oroasoer (Dec. ♂) p. 24.
 Ptiu (id.) p. 24.
 Arsaphes p. 100.
 Horus p. 106.
 Mendes p. 110.
 Socharis p. 120.
 Athyri p. 130.

Bubastis p. 130.
 Eumenuthis, sine Menuthis
 p. 135.
 Methuer p. 135.
 Muth p. 135.
 Pan (Priapus) p. 107.
 Sothis p. 138.
 Isis p. 133.

II. *Simulacra et imagines.*

Hieracocephalus p. 108.
 Erecto veretro (Horus) p. 108.
 Puer labia digito tangens (Har-
 pocrat.) p. 107.
 Hircinus p. 110.
 Aelurocephala (Bubastis) p. 132.

Mulier bubulis cornibus p. 129.
 Mulier (Venusta, ornata) p. 133.
 139. 65.
 Seritextrix p. 64.
 Pharmacopola p. 64.
 Caupo p. 64.

Sacerdos p. 64.
 Precans p. 64.
 Litigosa p. 65.
 Phallicum numen p. 108. p. 64.
 Camena p. 65.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Capra p. 144.
 Cerua p. 144.
 Felis p. 146.
 Hinnulus p. 146.
 Hircus (capra) p. 147.
 Cuniculus p. 149.
 Meisi serpens p. 164.
 Panthera p. 152.

Ichneumon p. 148.
 Taurus pruriens p. 153.
 Auris bubula p. 182.
 Vacca p. 154.
 Accipiter p. 155.
 Columba p. 157. 65.
 Passer p. 160.
 Pelecanus p. 161.

Scarus p. 170.
 Silurus p. 171.
 Ficus p. 172.
 Hedera p. 173.
 Loti flos p. 174.
 Myrtus p. 174.
 Anagallis caerulea p. 65.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Collum (♂) p. 65.
 Ilia et clunes (♂) p. 65.
 Epar p. 65.

Caro p. 65.
 Pinguedo p. 65.
 Nares p. 65.

Odoratus p. 65.
 Phallus p. 184.
 Brachia habitu precantis p. 64.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Modius p. 184.	Ornata vestimenta p. 64.	Bracteatorum inst. p. 64.
Corbis p. 179.	Fuci p. 64.	Stannum p. 184.
Funiculus (Veneris) p. 181.	Seritextorum instrumenta p. 64.	Color flauus p. 65. 64.
Fistula transuersa p. 180.	Tinctoria inst. p. 64.	Color albescens p. 178.
Tibia simplex p. 180.	Pictorum inst. p. 64.	Sonus musices tertius p. 187.
Sistrum p. 187.	Pharmacopolarum inst. p. 64.	Vocalis tertia (ε) p. 189.
Crux ansata p. 179.	Cauponaria inst. p. 64.	Consona tertia, decima et sic
Ornamenta p. 64.	Venatoria inst. p. 64.	deinceps p. 179.
O. muliebria p. 64.	Sacerdotalia inst. p. 64.	

§. 19.

Symbola ♂. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 49. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Artes p. 81. p. 101.	Phuomisie (Dec. Ω) p. 24.	Perseus p. 115.
Ertosi p. 81.	Phupe (id.) p. 24.	Phtha p. 116.
Moloch p. 81. 12. 111.	Sentacer (Dec. μ) p. 24.	Seth p. 120.
Hercules, Zom p. 12.	Stochnene (id.) p. 24.	Som vel Zom p. 125.
Athyr (mens.) p. 82.	Epima (Dec. ζ) p. 24.	Typhon p. 123.
Pharmuthi (mens) p. 82.	Scro (id.) p. 24.	Neith p. 136.
Vsaphaes (rex) p. 83.	Atembiu (Dec. χ) p. 24.	Sais p. 136.
Asiccan (Dec. γ) p. 23.	Ptibiū (id.) p. 24.	Thermuthis p. 139.
Chontare (id.) p. 23.	Biu (id.) p. 24.	Typhi p. 141.
Verasua (Dec. π) p. 23.	Aphophis (!) p. 100.	Isis Neitha p. 175.
Vare (id.) p. 23.	Camephis (!) p. 102.	Zom p. 125.

II. *Simulacra et imagines.*

Pedibus adunitis deus p. 127.	Dux exercitus p. 61.	Claudicans p. 127. 62.
Armatus deus p. 127.	Lanio p. 61.	Gibbosus p. 62.
Mulier texens (Neith) p. 137.	Faber ferrarius p. 61.	Apocopus p. 62.
Cantharocephalus (id.) p. 137.	Architecta p. 61.	Latro p. 62.
Gypocephalus (Vulcan.) p. 118.	Sculptor p. 61.	Carnifex p. 62.
Aspidocephala (Thermuthis)	Tonsor p. 61.	Homo Martialis p. 62.
p. 140.	Spiculator p. 62.	Parietarius p. 61.
Masculo-femina p. 137.	Deformis p. 62.	Captius p. 62.
Bellator p. 136. 180.	Chirurgus p. 61.	

III. *Animalia et vegetabilia.*

Aries p. 142.	Elephantis proboscis p. 145.	Leonis anteriora p. 149.
Arietis caput p. 98.	Hippopotamus p. 147.	Lupus p. 149. 62.
Cameli pars p. 143.	Hinnulus oryx p. 147.	Mus terrestris p. 150.

Mustela p. 151.
 Rhinoceri cornu p. 152.
 Vacca Martis p. 154.
 Ardea (Herodius) p. 156.
 Gallus p. 159.
 Locusta p. 160.
 Musca p. 160.
 Noctua p. 160.
 Picus p. 161.
 Scarabaeus Martis p. 161.
 Vespa p. 162.

Vultur p. 163.
 Araneus p. 164.
 Aspis p. 164. 62.
 Crocodilus (Suchus) p. 165.
 Formica p. 166.
 Phalanx p. 62.
 Scorpio p. 167. 62.
 Vipera p. 62.
 Anguilla p. 168.
 Carabus p. 168.
 Lepidotus p. 169.

Muraena p. 169.
 Stella marina p. 171.
 Aloe p. 171.
 Cedrus p. 171.
 Cypressus p. 171.
 Ilex p. 173.
 Olea p. 174.
 Persea p. 175.
 Viola p. 62.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Caput (Υ) p. 62. 183.
 Pudendum (M) p. 62.
 Matrix (M) p. 62.
 Dentes p. 183.
 Sinistra auris p. 62.
 Nares p. 62.

Venae p. 62.
 Pedes p. 184.
 Epar p. 62.
 Inguen p. 62.
 Testiculi p. 62.
 Rigones p. 62.

Manus (brachium) p. 182.
 Brachia cum scuto et arcu p. 111.
 Manus cum fuste p. 182.
 Digni p. 183.
 Cadauer p. 177.
 Mutilus p. 62.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Pyramis p. 186.
 Nautis p. 189.
 Falx p. 179.
 Scala p. 187.
 Cithara p. 180.
 Calceus p. 177.
 Claustum, obex, pessulus
 p. 177.
 Flagellum p. 180.
 Laqueus fortis p. 181.
 Pileus p. 186.
 Velum p. 189.
 Aratoria instrumenta p. 61.
 Aratrum p. 176.
 Bellica omnia p. 61.

Hasta p. 62.
 Gladius p. 61.
 Pugio p. 61.
 Arcus (!) p. 61.
 Scutum p. 61.
 Currus bellicus p. 61.
 Rota p. 186.
 Lanionis inst. p. 61.
 Culter p. 61.
 Chirurgica ins. p. 61.
 Ferrariorum in. p. 61.
 Textoria inst. p. 136.
 Coqui in. p. 61.
 Architectonica p. 61.
 Parietariorum in. p. 61.

Lapidarum in. p. 61.
 Sculptorum ins. p. 61.
 Tonsorum in. p. 61.
 Piscatoria p. 61.
 Tortorum in. p. 61.
 Cometæ p. 63.
 Mare turbulentum p. 182.
 Chalcolibanum p. 184.
 Ferrum p. 62.
 Color caeruleus p. 178.
 Color ruber p. 62. p. 178.
 Sonus musices quintus p. 187.
 Vocalis quinta (i) p. 189.
 Consona quinta, duodecima et
 sic deinceps p. 179.

§. 20.

Symbola 4. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 48. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Osiris p. 12. p. 113.
 Zios, Zeus p. 81.

Niebaes (rex) p. 83.
 Choiac (mens. 2) p. 82.

Phamenoth (mens. 3) p. 82.
 Thesogar (Dec. II) p. 23.

Theosolk (id.) p. 23.
Sithacer (Dec. Ω) p. 24.
Hepe (id.) p. 24.
Arepien (Dec. Ω) p. 24.
Chontare (id.) p. 24.

Themeso (Dec. Ζ) p. 24.
Smat (id.) p. 24.
Thopipui (Dec. Η) p. 24.
Chontare (id.) p. 24.
Ammon, Amun p. 98.

Belus p. 101.
Cneph p. 103.
Memnon, Amenophis p. 98.
Tchonemyros p. 121.

II. *Simulacra et imagines.*

Palmifer deus p. 174.
Criocephalus (Ammon), cornibus
hircinis p. 98.
Sacerdos p. 60.
Regulus p. 60.
Iudex p. 60.

Dux p. 60.
Sagittator (♄) p. 60.
Athleta p. 60.
Textor p. 60.
Nauta p. 60.
Vates p. 60.

Homo Iouialis p. 61.
Deus phallicus (♃ vernis in
signis) p. 115.
Vir aetate virili (barbatus) p. 61.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Aries p. 142.
Arietis caput p. 98.
Equus p. 145. 61.
Aquila p. 156.
Murium incertum genus p. 151.
Perdix p. 161.
Phoenix p. 161.

Pauo? p. 161.
Apes masculi p. 163.
Essen p. 163.
Basiliscus (Vraeus) p. 164.
Cneph p. 103. 165.
Rana p. 167.
Serpens cornutus p. 103. 167.

Delphinus p. 168.
Lotus p. 169.
Palma p. 174.
Papyrus p. 175.
Quercus p. 175.
Lilia p. 61.
Spongia marina p. 61.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Oculus (vniuerse) p. 183.
Femora (♄) p. 61.
Lumbi p. 60. 183.
Pedes (♄) p. 61.

Auris sinistra p. 61.
Pulmo p. 61.
Costae p. 61.
Epar p. 61.

Sperma p. 61.
Cartilagineae p. 61.
Tactus p. 61.

V. *Artefacta, instrumenta aliaeque particularia.*

Pschent ornatus regulatorum
p. 60. p. 186.
Apparatus regius p. 60.
Pontificalia p. 60.
Athletarum instrumenta p. 60.
Textorum instr. p. 60.
Nautarum in. p. 60.

Piscatorum in. p. 60.
Hierodulorum insignia p. 60.
Vatum insig. p. 60.
Legislatorum insig. p. 60.
Mare altum, Pelagus p. 182.
Cuprum p. 61.
Color rutilus albescens p. 61. 178.

Sonus musices sextus seu se-
cundus p. 187.
Vocalis sexta (o) p. 189.
Consona sexta, decima tertia
et sic deinceps p. 179.

§. 21.

Symbola ♃. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 47. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Repha, Rephan, Rempha p. 81.
Kronos (Seu) p. 12.

Semempses (rex) p. 83.
Tobi, Tybi (mens. Ζ) p. 82.

Mechir (mens. Ω) p. 82.
Aharp (Dec. Ω) p. 23.

Rhombomare (id.) p. 23.
 Rhomanor (id.) p. 23.
 Aphruimis (Dec. Ω) p. 24.
 Charchnumis (id.) p. 24.
 Chnachnumen (id.) p. 24.
 Atherechinis (Dec. Ω) p. 24.
 Pteckut (id.) p. 24.
 Chenen (Dec. ϙ) p. 24.
 Comme (id.) p. 24.
 Archatapias (Dec. ϙ) p. 24.

Abiu (id.) p. 24.
 Antaeus p. 98.
 Aphophis p. 100.
 Bebon (Babys) p. 101.
 Petensetes p. 116.
 Python p. 118.
 Serapis p. 119.
 Seth p. 120.
 Smy p. 120.
 Typhon p. 123.

Ambo p. 128. p. 140.
 Anuce p. 128.
 Aso p. 128.
 Athor p. 129.
 Buto p. 132.
 Isis, Venus Vrania p. 137.
 Nephthys p. 137.
 Sate, Sates p. 138.
 Thueris p. 140.
 Tithrambo p. 140.

II. *Simulacra et imagines.*

Crocodilocephalus (Typhon)
 p. 125.
 Onocephalus (id.) p. 125.
 Melilotea (Nephthys) p. 138.
 Cornigera (D) p. 141.
 Senex p. 47.
 Anus ib. p. 97.

Matrona. p. 128.
 Fullo p. 59.
 Lanarius p. 59.
 Subulcus p. 180.
 Asinarius p. 59.
 Pastor p. 59.
 Lanio p. 59.

Funerarius p. 59.
 Eunuchus p. 59.
 Captiuus vinctus p. 125.
 Seruus p. 59.
 Tyrannus p. 59.
 Carnifex. p. 59.
 Homo Typhonius p. 60.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Aper p. 142.
 Asinus p. 143.
 Dama m. p. 144.
 Mula p. 143.
 Cameli pars p. 143.
 Hippopotamus p. 147.
 Leonis pars p. 149.
 Lepus p. 149.
 Mus araneus p. 150.
 Onager p. 151.
 Oryx p. 151.
 Rhinoceros p. 152.
 Sus, porcus p. 153.
 Talpa p. 153.
 Vacca candida p. 154.
 Vespertilio p. 155.

Vrsus p. 155.
 Anser p. 156.
 Cicuta p. 160.
 Columba alba p. 157.
 Coturnix p. 152. 158.
 Cygnus mutus p. 159.
 Hirundo p. 159.
 Musca canina p. 160.
 Pavo p. 160.
 Perdix p. 161.
 Struthionis penna p. 162.
 Trochilus p. 162.
 Vultur p. 163.
 Crocodilus vulgaris p. 165.
 Draco, boa constrictor p. 166.
 Scorpio p. 167.

Serpens alatus p. 167.
 Anguilla? p. 168.
 Maena p. 169.
 Muraena p. 169.
 Polypus p. 170.
 Vermes p. 60.
 Caepa p. 176.
 Granatum p. 172.
 Hyacinthus p. 60.
 Ilex p. 173.
 Lotus, melilotus p. 174.
 Pinus vulgaris p. 172.
 Scylla maritima p. 176.
 Sycomorus p. 176.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Genua (Z) p. 60.
 Tibiae seu crura (Σ) p. 60.
 Capillus p. 183.
 Supercilia p. 184. 60.

Auris dextra p. 60.
 Melancholia p. 60.
 Phlegma p. 60.
 Splen p. 60.

Vesica p. 60.
 Genicula p. 60.
 Digitus, h. e. pollex p. 183.
 Pedes in aqua p. 184.

V. *Artefacta, instrumenta, aliaque particularia.*

Sphinx p. 187.	Lanionum ins. p. 59.	Mare terminans Aegyptum p. 182.
Alae p. 176.	Culter p. 59.	Sal p. 186.
Domus, aedificium p. 179.	Ferrariorum in. p. 59.	Plumbum p. 60. 184.
Falx p. 179.	Carpentariorum in. p. 59.	Color obscurus quique p. 178.
Laqueus p. 181.	Cementariorum ins. p. 59.	Color niger p. 178. 119. 60.
Modius p. 119.	Pistorum in. p. 59.	Color purpureus p. 178.
Navis lenta p. 189.	Fullonum in. p. 59.	Sonus musices septimus, vel primus p. 187.
Placenta p. 186.	Tonsorum in. p. 59.	Vocalis septima (u) p. 189.
Praesepe animalium p. 60.	Lanariorum in. p. 59.	Consona septima, decima quarta et sic deinceps p. 179.
Tuba p. 188.	Haustra p. 59.	
Rustica instrumenta p. 59.	Piscatorum in. p. 59.	
Nautarum inst. p. 59.	Militaria p. 59.	

§. 22.

Zodiacus Aegyptiacus in Museo Regio Taurinensi repertus.

Licet astronomica nostra Aegyptiorum symbolica, quatenus supra Graecorum Latinorumque ex scriptis eruta fuit, locis permultis iisque maximam partem clarissimis nitatur; possit tamen aliquis de eius veritate adhuc dubitare. Sane enim nouum ac fere inauditum esse videtur, omnia Aegyptiorum numina ad astronomiam spectare; symbola vero mythologica, quippe nomina diuina, deorum dearumque imagines, animalia, arbores, plantas aliasque res sacras, vti docuimus, valere elementa astronomiae Aegyptiacae. Atque obiici poterit, quod veteres de symbolis Aegyptiorum astronomicis tradiderunt, id ipsis monumentis Aegyptiacis nondum esse comprobatum. Quod enim alienigenae de Aegyptiis tradunt, id sane an ipsis quoque Aegyptiorum scriptis indigenis confirmetur, dubitare licet. Quam ob causam opus est inuenire aliquod monumentum astronomicum hieroglyphice scriptum, quo facili negotio atque ad oculos demonstretur, Aegyptios reuera deorum suorum symbolis, et phonicis, et imagineis, astronomiae suae elementa expressisse. Iam huiusmodi monumentum exstat in celeberrimo Museo Aegyptiaco Regio Taurinensi, quippe nouus quidam Zodiacus Aegyptius, cum deorum dearumque imaginibus, nominibus aliisque nuninum hieroglyphicis symbolis, quibus vtique exprimentur, sicuti praemonuimus, astronomica. Vid. Tab. II. No. I. Tab. III.

Anno 1825, quum Regis FREDERICI AUGUSTI, Domini mei clementissimi, nunc pie defuncti, gratia et adiutorio iter longissimum in Italiam, Francogalliam, Britanniam Hollandiamque literarum gratia susciperem; primum et maxime omnium me ad sese attraxit Collectio antiquitatum Aegyptiacarum vberissima et exquisitissima, quae Augustae Taurinorum est. Qua in vrbe per integrum fere annum, quo ibi versatus sum, tanta magistratum et ciuium humanitate et liberalitate receptus fui, vt studia mea maximo cum fructu persequi possem. Profecto, quantum tot viri de me bene meritis debeam, tacere, ingratum atque impium esset. Nihil dicam de eo, quanta liberalitate hicce antiquitatum thesaurus mihi apertus fuerit; quanta humanitate Academia Taurinensis celeberrima lucubrationibus meis succurrerit; quanta gratia ipse *Senatus Summus* generalem Musei examinationem vsuque mihi concesserit. Profiteri autem publice debeo, me nusquam terrarum, ne mea quidem ipsa in patria, liberalitatem et humanitatem erga me reperisse neque

maiolem, neque aequalem ea, qua Taurinensium in vrbe tractatus fui. Quod quo magis sentio ac persentio, eo magis doleo, nullis me factis vtique tanta beneficia remunerari neque gratum meum animum comprobare posse. Certe non vnquam obliuiscar, quanta et qualia debeam Patronis et Fautoribus de me rebusque meis meritissimis: Viro Excell. et Praenob. Comiti *Salier della Torre*, Regis Sard. Pot. Ministro Rer. Ext., Viro Exc. et Praen. Marchioni *Brignole*, Reg. Sard. Pot. Min., Viro Exc. Comiti *Gazelli*, Consil. Sec., Viro Ex. Comiti *Balbo*, Reg. Acad. Praes., Viris Summe Ven., Amplissimis et Doctissimis Equiti *de San-Quintino*, Ab. *Amadeo Peyron*, Ab. *Gazzera*, *Plana*, Pr. *Bidone*; tum VV. Excell. et Praen. Comiti *Senfft de Pilsach*, I. R. Aust. Min. Pl. Res., Comiti *Wallburg Truchsess*, R. Bor. Min. Pl. Res., Dom. *Georg. Forster*, R. Brit. M. Pl. Res., Com. *Moncenigo*, I. Rus. Min. Pl. Res.; tum aliis permultis, quorum memoria nunquam in me delebitur.

Inter labores meos Aegyptiacos in Taurinensi Museo incidi in cistam admodum vastam, innumeris fere papyrorum fragmentis refertam; inerant enim fere decies centena millia fragmentorum, vt ex laboris suscepti longitudine conclusi. Quae quidem papyri aut in Aegypto, aut in itinere miserrime fractae et contritae erant. Nemo non mecum lamentatus esset, quum bibliothecam historicam talem antiquissimae aetatis quasi in puluerem conuersam vidisset. Quum in hac farragine primo statim obtutu schedulas grauissimi argumenti discernere; non ineptum videbatur, omnia et singula haec fragmenta examinare et, quae antea inter se iuncta fuissent, coniungere studere. Quo in negotio longissimo et molestissimo id saltem meam operam instigabat, quod sperabam, aliquot manuscripta pretiosissima perpetuae obliuioni atque interitui eripere, nec non Taurinensibus, quibus maximopere me obstrictum sentiebam, grati mei nominis monumentum, vtut exile, relinquere posse. Profecto mihi contigit, vt quindecim papyros, alias fere integras, alias ex parte saltem fragmentis ex illis restituerem, quae, credo, partim nunc grauissimis literarum Aegyptiacarum monumentis in Museo Taurinensi asseruatis adnumerari posse. Ex his papyris etiam ea est, qua Zodiacus Aegyptiacus dictus continetur. Priusquam accedimus ad huius inscriptionis explicationem, verbum addere liceat de ratione, qua in restituendis his papyris versatus sum. Scilicet quum quoduis papyrum Aegyptiacum ab aliis differat aut colore, aut scriptura literarumque ratione, aut textura laminarum papyracearum, aut binis ternisque his notis; facile dignoscitur, quae fragmenta papyrorum, quum plura inter se commixta et congesta habes, ad vnum idemque papyrum pertinuerint. Porro, inuentis variis vnus papyri fragmentis, ex conuersione et cursu fibrarum cognoscitur, quae fragmentorum latera ad aduersam, quae ad auersam papyri restituendi partem pertineant. Quoduis enim papyrum duplici laminarum serie constat, altera horizontali, altera verticali. Hinc ea pars fragmentorum papyraceorum, qua fibrae cum versibus literarum horizontalibus parallelae sunt, ad partem papyri aduersam pertinet, altera ad auersam. Ceterum omnia papyra laeua sunt in parte aduersa, scabra vero in parte auersa, vbi laminae sunt verticales ¹⁾. Deinde, collectis singulis papyri fragmentis, ordo fragmentorum ex fibris cognoscitur. Quemadmodum enim nullum arboris folium, vt Leibnitzius demonstrauit, alii plane simile vel

1) De textura et fabricatione papyrorum vid. lib. meum *Beitraege etc.* Vol. I. pag. 3. Quo loco tamen in eo erraui, quod tradidi, scapum plantae papyri per se laminis iis constare, quae in voluminibus papyraceis inter se iunctae cernuntur. Imo, vt ex plantae papyri natura serius cognoui, solus scapus sine foliis adhibitus fuit, ita vt scapus primum in partes longitudine aequales, hinc in laminas tenuissimas, siue philuras, vt Plinius ait, dissecaretur.

par est, ita et variae vnius papyri laminae inter se discrepant; qua de re, propter diuersas laminae cuiusdam et horizontales, et verticales fibras, inter varia papyri fragmenta inuenta nonnisi duo inter se coniungi possunt, quippe quo loco eadem est in vtroque fragmento fibrarum aut altitudo, aut crassitudo, aut perspicuitas, aut alia earum ratio similis. Quum dubites adhuc de loco iuncturae; literae fractae, aut versuum series vtraque papyri in parte conspicuae, momentum faciunt. Nuspiam enim accidit, vt, quum duo fragmenta papyracea fibris conueniant certo in margine, ibidem etiam literae variae diuisae ac fractae in vnum corpus redeant, si fragmenta illa perperam coniuncta fuerint secundum fibras. Quod accidere potest, quum inter duo fragmenta aliud quoddam desideratur. Denique foliorum, quibus papyri constant, et ipsius voluminis cuiusdam longitudo cognoscitur e iuncturis papyri atque e versuum vel columnarum scriptarum longitudo. Scilicet quoduis volumen papyraceum constat foliis singulis longitudo paribus, quae quidem folia ita inter se iunguntur, vt alterum alteri inglutinetur; quibus in locis, vel iuncturis, papyri crassiores sunt et lumen non transmittunt. Quum vero quoduis papyri cuiusdam folium suam habeat laminarum et fibrarum texturam singularem: facile ex cuiusque fragmenti natura cognoscitur, ad quodnam papyri folium spectet. Etiam columnae scripturae, in papyro quauis conspicuae, pares sunt longitudo; quam ob causam, cognita vnius columnae longitudo, reliquarum iam est certa. His quidem regulis obseruandis facillimum est, omnis generis papyros ex fragmentis suis restituere, etiamsi partes quaedam amissae fuerint; atque hac ratione ortus est nouus ille Zodiacus Aegyptiacus, cuius similitudinem ad autographi fidem redditam habes Tab. III infra. Quum enim papyrum hocce e fragmentis suis, quatenus licuit, reparassem, vtriusque partis titulos charta lucida, seu corticea, descripsi, quod meum exemplum accuratissime nunc in lapidem lithographicum transscripsi ²⁾. Ceterum hoc papyrum recte a me restitutum esse, vel hic facillime intelligitur. Scilicet primum, fragmenta eius varia, quae lineis cincta atque cum characteribus suis, tum in parte aduersa, tum auersa conspicuis, accurate Tab. III. infra descripta sunt, vtraque in parte inter se congruunt. Notandum, perspicuitatis causa partem papyri nostri aduersam hic ordine contrario descriptam esse in lapide. Hinc si vel vnum fragmentum alio loco poneres: eo aut partis aduersae textus, nimirum quadrata illa astronomica; aut partis auersae inscriptio, nimirum versus hieroglyphici, soluerentur et turbarentur. Itaque singulis fragmentis cum quadratis suis astronomicis eadem fragmenta cum literis suis hieroglyphicis subscripta respondent ambitu suo et serie versuum. Nihil dicam de fibrarum in fragmentis iunctis congruentia, de qua praesente papyro iudicari potest. Porro ne hoc quidem recte se haberet, inter bina fragmenta longius breuiusue, quam ego feci, spatium ponere. Nam data est tum trium foliorum longitudo, vt ex iuncturis ad No. 2, 9 et 15, lineolis parallelis significatis, cognoscitur, tum duarum columnarum scriptarum longitudo, vt versuum extensio 21—11 et 10—4 docet. Ceterum claret, quadrata illa astronomica quoque inter se conuenire. Nam 12 illa quadrata Partis IV. D. fragmento quidem integro continentur, ex quibus reliqua diiudicanda sunt. Triplex est nimirum in papyro nostro Zodiaci repetitio (D. E. F.). Iam quamuis dolendum sit, grauissimo hoc in papyro deesse particulas nonnullas; habemus tamen fere integrum monumentum astronomicum nouum. Nam integra

2) Quum monumenta Musei Taurinensis Aegyptiaca nondum omnia in iustum ordinem tum temporis redacta fuerint, numerus huius papyri indicari nequit. Meae vtro Bibliothecae Aegyptiicae collectae est MS. No. 9283.

illa pars D omnia Zodiaci Dodecatemoria exhibet; in reliquis vero, scilicet E et F, eadem figurae, paucissimis exceptis, repetuntur; atque ex analogia expleri possunt lacunae ortae, saltem in parte aduersa. Sed iam satis superque de huius papyri origine. Addere licet, hunc esse quintum Zodiacum Aegyptiacum, eumque omnium forsan grauissimum, quum solus hic Dominos XII Signorum, passim et Trigonodespotas atque Tetragonodespotas exhibeat, ratione hieroglyphica ac genuina expressos, ideoque clauem astronomiae Aegyptiacae valeat ³). Quinque fere anni elapsi sunt, ex quo in Zodiacum illum incidi; sed non valui, quod amicis promiseram, prius de illo monumento atque de rebus Aegyptiorum astronomicis in genere aliquid literis mandare. Satisfaciendum mihi fuit aliis officiis grauioribus, atque studia mea lexicalia et grammaticalia, tum Coptica, tum Aegyptiaca, quibus potissimum antiquitatis Aegyptiacae studium niti videbatur, non exiguum temporis spatium mihi praeripuerunt ⁴).

Explicatio Zodiaci Aegyptiaci Taurinensis.

Tab. III. No. II. A. Primo hic habes circulum, quo Zodiacus, siue coelum significatur. Orbis enim in medio circulo positus innuit terrarum orbem; septem vero illa puncta inter terram et Zodiacum sunt septem planetae. Aegyptii enim ac veteres omnes terram putabant quiescere, planetas vero pariter atque coelum fluminis instar circum terram moueri. Simillima est adumbratio systematis planetarum Aegyptiaci in numo ex aetate Imperatoris Antonini Aegyptiaco ⁵). His septem planetis septem Cabynos, siue maxima veterum numina, quibus terra vt octauus Cabyrus accedat, significari, supra monitum est. Luculentius haec exponit Tab. III. No. I. A.

Tab. III. No. II. B. Idem Zodiaci circulus cum indice quatuor angulorum seu cardinum, scilicet punctorum aequinoctialium et solstitialium ⁶). Simillima ratione veteres astronomi Zodiacum atque eius cardines adumbrarunt ⁷). Quamquam enim papyrus hac in parte mutila est, facile tamen lacunae explentur ex iis, quae supersunt. Puncta aut regiones, aut ventos primarios indicare videntur. Constat enim de Zodiaci diuisione in 32 et 64 partes. Puncta 24 circulo ecliptico vicina vix aliud, quam 24 horas sidericas significare possunt ⁸). Totidem enim sunt puncta secundum partem circuli conseruatam, atque constat de ratione Horarum in astronomicis obseruationibus habenda.

Tab. III. No. II. C. Constellatio VII Planetarum secundum Trigona, Tetragona ex Hexagona. Septem enim stellulae rosaceae septem planetas significant, atque 12 Quadrata bis vel ter adscripta 12 signa coelestia. Scilicet terna Quadrata 11—14 et 16—19 ea signa expriment, quae ratione Trigonorum inuicem se adspiciunt, atque quaterna Quadrata eadem horizontalia quatuor ternarum tempestatum signa, de quo statim fusius. Quum vero grauissimum esset in veterum con-

3) Quatuor Aegyptiorum Zodiaci hactenus inuenti sunt hi: 1) Tentyriticus minor nunc in Bibl. Reg. Paris. Vid. Description de l'Egypte. Vol. IV. T. 22. 2) Tentyriticus maior. Ib. Vol. IV. T. 19. 3) Latopolitanus Ib. Vol. I. Tab. 87. 4) Thebanus sepulchralis Ib. Vol. II. Tab. 82.

4) Vid. Fr. Aug. Guil. Spohn De lingua et literis veterum Aegyptiorum cet. Vol. II. Prodrum. Praefatio mea pag. IV. et V.

5) Dupuis Origine de tous les Cultes Vol. I. Tab. 2. p. 178. Kreuzer Symbolic Tab. VI. No. 12.

6) Vide supra Pars I. §. 43. p. 54.

7) Firmicus L. III. p. 47. L. VI. p. 170. al. Bas.

8) Vid. supra P. I. §. 37. p. 44.

stellationibus, nosse, qui planetae aut Trigonorum, aut Tetragonorum, aut Hexagonorum ratione sese adspicerent ⁹⁾; id hac tabula auctor indicare voluit. Itaque stellae superioris versus et inferioris 11 et 19 significant planetas □ ad aspectu, atque eadem stellae, superiori cum inferiori comparata, indicant planetas Δ ad aspectu. Denique medii versus tres stellae significant planetas * ad aspectu, quod etiam innuunt sex quadrata media C. 15. Ceterum haec vberius explicantur in descriptione huius papyri auersa, quae continet observationes astronomicas more Aegyptiaco descriptas.

Tab. III. No. II. D. E. F. Domini signorum, passim et Trigonorum, et Tetragonorum. Clarum est, tres illas inscriptiones, 12 quaeuis partibus constans, idem sibi velle easdemque personas significare. Nam 24 illa quadrata E F in duas partes, vt in C accidit, discernenda sunt, quarum altera alterius repetitio est. Sic E. I. 2 respondet F. I. 7, atque D plane eundem ordinem sequitur quam F. Quum vero E. I. 2 sit secundum quadratum ab initio, F. I. 7 contra a fine secundum et sic in reliquis; apparet, E et F eadem symbola continere ordine contrario. Haec autem repetitio et ordo, in tribus illis speciminibus E et D F contrarius, cohaeret cum locis planetarum specimine C indicatis. Iam quaeritur, quaenam quadrata singulis Zodiaci signis respondeant. Et statim in oculos incurrit, quum terna quadrata et quaterna coniuncta sint, signorum dominos non vulgari ordine, sed astrologico, scilicet secundum Trigona et Trientes, seu Tempestates, composita esse. Breuitatis causa dodecatemoria speciminum Tab. III. No. II. D E F ad eundem ordinem redacta sunt Tab. III. No. I. D E F, quem quidem iam sequimur. Comparanda est Tab. I.

D I 20, E I 1, F I 8. De his figuris Ibis notissima est, quippe symbolum ☿ (Vide supra Partis II. §. 10. p. 159.). Eundem ☿ significat in D I 1 figura siue nuntii, siue serui (P. I. §. 52. 5. p. 66.), vt infra E III 3. Denique F I 8 virgo Mercurium femininum, siue Heben, Ganimedam (Pausan. Cor. c. 13.) Aegyptiacam, vt alias E I 3, significare videtur. Itaque habemus signum aut ♀ (virginis), aut □; in vtraque enim domo ☿ est Oecodespota. Quum vero F I 8 addatur symbolum ♀ (vasculum fumatorium col. D. 22. I), quae domina est Trigoni in ♀; agitur hic de ♀ signo. Altera enim ☿ domus, scilicet □, pertinet ad Trigonom ☽ et Tetragonum ☽, quae quidem personae infra D III 22, F III 6 certissimae sunt.

D II 20, E II 1, F II 8. De Vulture vidimus (II. §. 10. p. 163.), eo ☽ significari. Vasculum E II 1, quod ☽ sacrum fuisse videtur, nouum est. Agitur itaque de domicilio ☽ aut ☿, aut ☽ signo. At in altera ☽ domo D II 22, F II 6, praeter Rheam Aegyptiacam, siue ☽ femininum, adest crux ansata, ☿ symbolum, qui quidem ☿ Trigoni dominus est in ☿, non vero in ☽. Ergo hic signum ☽ habemus.

D. III. 20, E. III. 1, F. III. 8. Accipiter atque Hieracocephalus ♀ indicant (II. §. 10. p. 155. 108.), vasculum vero odoriferum, vt ♀ symbolum, nouum est. Saltem tradunt veteres, omnia odorifera esse ♀ sacra (I. §. 51, 3. 5. p. 64.) Ceterum in monumentis Aegyptiacis non raras sunt sacrificantium figurae, quae eodem thuribulo vtantur, atque in Museo R. Parisino exstat hoc thuribulum ex aere factum, cui adhuc carbones, licet cum aerugine concreti, insident. Agitur itaque aut de ☽ aut de ☿, ♀ domiciliis. Quum vero in altera ♀ domo E. I. 3, collato F. I. 8, sit ☿ dominus Trigoni, quod solummodo de ☿ valet; hoc loco significatur ☽ Oecodespota ♀.

Habemus itaque haec Zodiaci signa: ♀, ☽, ☽. Iam vero haec signa sunt eiusdem Tri-

9) Vid. supra P. I. §. 46. No. IX. p. 57.

goni, quo confirmatur, quod supra monuimus, Zodiaci signa secundum Trigona illis in speciminibus D E Lin. I disposita esse. Sed videamus de reliquis.

D I 21, E I 2, F I 7. Nilometrium, quod bis primo loco occurrit, ☉ symbolum est (II. §. 14. p. 185.). Alterum signum, quum Nilometrio respondeat loco (E. I. 7.), item haud dubie ☉ significat. Quum vero nullum signum sit ☉, et Trigoni, et Signi domino, subiectum praeter Ω; clarum est, hic de Ω signo agi.

D II. 21, E II. 2, F II. 7. Imago hominis superbe ingredientis, vtroque brachio vi quadam extenso, neminem certo praeter ♂ significat. Hae enim sunt ♂ virtutes et proprietates (I. §. 49, 2; 5. p. 62.). Huc accedit stella marina, ♂ symbolum (p. 171.). Quum Martis in manibus sit sceptrum, domini supremi, nimirum ☉ symbolum; hic ♀ est signum, in quo solo ♂ cum ☉, Trigoni domino, principatum habet.

D III. 21, E III. 2, F III. 7. Duplex corona, siue Pschent, vt Inscriptio Rosettana docet (Lin. 44.), regum est symbolum et ornamentum (p. 186.); reges vero et ♀ sunt symbola (I. §. 48, 3; 5. p. 60.). Qua de re illa regis imago est ♀ Ammonis. Quum vero iuxta eum sit ☉, quippe Horus, Hieracocephalus (II. §. 10. p. 108.) cum disco, ☉ symbolo (II. §. 14. p. 179.); hoc loco significatur ♀, quo solo ♀ in domicilio ☉ adest Trigoni dominus.

Itaque habemus iam signa Ω ♀ ♂, quae, vt praecedentia tria ♀ ♂ ♀, eiusdem sunt Trigoni. En nouum argumentum, quo euincitur, illis in quadratis signa Zodiaci ratione Trigonorum disposita esse.

D I. 22, E I. 3, F I. 6. Thuribulum pendens in D et F, quum thura atque omnia odorifera ♀ essent sacra (p. 64.), ♀ significat. Iamiam vidimus, eodem symbolo exprimi ♀, quippe Trigoni dominam ♀, in F. I. 8. Idem significet necesse est vasculum ornatum E. I. 3, licet nouum sit. Quum altera ♀ domus, ♀ signum, antea allata fuerit (D III. 20, E III. 1, F III. 8.); hoc loco ♀, cum ♀ Trigoni domino significatur, cuius quidem ♀ symbola sunt Hebe Aegyptiaca in E. I. 3, vt vidimus, atque Oecumenes symbolum (p. 104. col. Insc. Ros.) in F I. 6, pariter atque incognitum instrumentum in D I. 22.

D II. 22, E II. 3, F II. 6. Matronae imago est symbolum ♀, quum constet de Rhea Aegyptiaca, siue Nephthi (II. §. 9. p. 137.), Deorum matre. Eadem figura F II. 6, si capite leonino est, quod non satis claret in autographo; affinis esse videtur Sphingi, ♀ symbolo (II. §. 14. p. 187.). Ex cruce ansata vero addita, ♀ symbolo, vt vidimus (p. 179.), intelligitur, alteram ♀ domum in Trigono ♀, nimirum ♀, hoc loco significari. Ceterum Nephthys nomen exprimi videtur E. 3. literis ππ, omissis ΝΑ ad, versus.

D III. 22, E III. 3, F III. 6. Ibis atque caput Ibis domum ♀ innuunt (II. §. 10. p. 159.). Hinc in geographico Taurinensi (Tab. II. No. II. 20.) Oecodespota ♀ Ibiocephalo exprimitur. Idem sibi vult ministri figura E III. 3, quippe ♀ symbolum (I. §. 52, 3; 5. p. 65.), vt supra D. 20. I. His accedit homo cum penna struthionis in capite, ♀ symbolo (p. 162.). Atque folium illud ♀ pronunciatur, quod ♀ expansionem, vltionem, Νεμεσις, ♀ nomen (I. §. 4. II. §. 4. p. 59.), significat. Tertia figura addita eundem ♀, Tetragoni dominum, exprimit. Itaque hoc quadrato signum ♀ cum ♀ domino Domus, et ♀ domino Trigoni, atque ♀ domino Trigoni continetur.

Iam habemus tertium Zodiaci Aegyptiaci Trigoni, scilicet ♀, ♀ et ♀ signa cum dominis Domus, Trigoni et Tetragoni iisdem hieroglyphice expressis, quos astronomi Aegyptii tradiderunt. Restat denique quartum Trigoni (♀ ♀ ♀).

D I. 23, E I. 4, F I. 5. Et primo quidem numerus XXX D significat. Nam iugi species, ut constat, numerum X. hieroglyphice exprimit¹⁰⁾; numerus vero XXX. propterea D innuit, quoniam omnes Aegyptiorum menses, quippe ex D motu orti, eamque ceu matrem spectantes, 30 diebus constant. Ex altero D symbolo E I 4 (col. F. I. 6.) apparet, quod supra traditum vidimus (I. §. 54. p. 68), D et ♀ inter se affines esse atque symbola quaedam communia habere. Thuribulum ♀ symbolum est in F I 6, atque in F I. 8, nec non in D I. 22.; hoc autem loco D significat. Ceterum puto, ternis his symbolis nomen *Soth* (♀ et D) exprimi (p. 138). Quamquam eiusmodi symbolices Aegyptiorum et mythologicae, et astronomicae ambiguitates non tollantur ubique, plerumque tamen ex epithetis facile cognoscitur, quid scriptores sibi voluerint. Sic quum Hermes, aut Ammon, aut Venus aliique commemorantur, adduntur epitheta Trismegistus, Ammon Ra, Venus Vrania et similia, ut intelligatur, quum varia numina iisdem nominibus certo quodam respectu vocentur, de quonam iamiam sermo sit. Etiam hoc loco E I 4 additum videtur signum quoddam, licet mutilum, quo D a ♀ distingueretur.

D II. 23, E II. 4, F II. 5. De rana vidimus (II. §. 11. p. 167.), ea significari ♀ , neque dubium, quin hic sermo sit de ♁ , quum altera ♀ in domicilio, nimirum ♁ signo, ☉ sit Trigoni dominus, quem (Hieracocephalum) auctor D III. 21, F III. 7. adscripsit. Signa hieroglyphica in reliquis quadratis pronuciari videntur *Repha*, *Sol coeli nocturni*, quo vocabulo forsitan ♀ quoque, accedente *stellu* (C10Y) distinctiua, expressus fuit. Saltem haec interpretatio conuenit Graeco ♀ nomini *Φαειδων*, *splendens*, quod Aegyptiacum etiam esse dicit Firmicus (I. §. 4. p. 12.)

D III. 23, E III. 4, F III. 5. Primo quidem homine decollato, ♂ symbolo, ut vidimus (I. §. 49, 5. p. 61. et 177.), domicilium ♂ , siue Υ , siue M , significatur. Quum vero altera ♂ domus D II. 21, dominum trigoni ☉ et ♀ habeat, quod in Υ cadit; hoc loco M signum cum ♀ Trigonodespotia tractatur. Reapse iuxta ♂ (F. III. 5.) apparet thuribulum ♀ Trigonodespotiae, ut supra (D. 22. I. F. 8 I.). Tria instrumenta E III. 4, ♂ symbola, citharae ♂ sunt (p. 180.). Denique D III. 23. aperte undulatio marina significatur, quae ♂ sacra erat (II. p. 182. I. §. 49. 4. p. 62.). Itaque his vltimis quadratis continentur signa ☉ ♁ M .

Ex his itaque iam perspicuum est, in Zodiaco Aegyptiaco Taurinensi 12 signa secundum Trigonorum rationem enumerari. Hunc enim habes ordinem:

I.	mp 20. 1. 8.	Ω 21. 2. 7.	♁ 22. 3. 6.	☉ 23. 4. 5. I.	siue	Υ ♀ Π ☉
II.	♁ 20. 1. 8.	Υ 21. 2. 7.	♁ 22. 3. 6.	♁ 23. 4. 5. II.	ordine	Ω mp ♁ M
III.	♀ 20. 1. 8.	♁ 21. 2. 7.	Π 22. 3. 6.	M 23. 4. 5. III.	vulgari	♁ ♁ ♁ ♁

Quem quidem ad modum ab astronomis Aegyptiacis Trigona enumerantur, ut supra vidimus (I. §. 12. p. 18.) Hinc et probabile est, his Trigonis sic componendis alium quoque signorum ordinem indicari, quum singuli versus (I. II. III.) in D, et E, et F quaterna signa contineant. Reapse primo versu deinceps coniuncta sunt quatuor ea Zodiaci signa, quae ad eundem Trientem, nimirum aestiuum, vel aestatis tempestatem spectant, ut vidimus (I. §. 7. p. 14.), scilicet mp Ω ♁ ☉ , siue ordine vulgari ☉ Ω mp ♁ . Huic Trienti opposita sunt in Zodiaco quatuor signa haec ♁ ♁ ♁ Υ , quae quidem hic in secundo versu deinceps exstant. Denique inter vtrumque Trientem sita sunt ♀ Π atque M ♁ , sibi opposita, quae auctor imo in versu posuit (D, E, F, III.). Ceterum quod Zodiacus noster 12 coeli signa alio ordine enumerat, quam vulgari; eius

10) Vid. Jomard Etalon Metrique Paris 1822. pag. 5.

ratio, vt monitum est, partim in astrologico Trigonorum momento, partim in planetarum positione illo tempore obseruata, textu hieroglyphico indicata, vtique videtur latere.

Tab. II. No. I. Quo facilius ratio Zodiaci Aegyptiaci Taurinensis perspici posset, singula eius Quadrata cum dominis Signorum, Trigonorum et Tetragonorum suis hieroglyphice descriptis secundum vulgarem signorum ordinem enumeranda esse videbantur. Quod fecimus hac tabula II. No. I. Ceterum Geographicum nostrum Taurinense linea vltima (Tab. II. No. II.) maxima ex parte eadem symbola astronomica exhibet, quae Zodiacus noster continet, quaeue supra e veterum locis iamiam nouimus.

§. 23.

C o n c l u s i o.

Quae iam de symbolice Aegyptiorum astronomica disputauimus, ea breuiter ad capita quaedam iuuabit reuocare. Scilicet quum Monumenta Aegyptiaca ipsa omnino confirment ea quae Graeci Latiniue scriptores de numinum Aegyptiorum symbolis tradunt; omnis sane symbolice Aegyptiorum astronomica his fere principiis, ceu fundamento nititur.

I. Symbolice astronomica vberissima est maximeque varia. Quum enim totus terrarum orbis inter planetas et numina astronomica diuisus putaretur atque res etiam inuisibiles ac spirituales iisdem astris adscriberentur; omnia ea pro symbolis astronomicis adhibita sunt in scriptis Aegyptiorum astronomicis, quae facili negotio describi et repraesentari possent. Qua de causa iisdem planetae eademque Zodiaci partes non vno symbolo, vt apud nos solemne est, sed multis atque quam maxime inter se diuersis exprimi solent. Vid. I. §. 47—53. II. §. 8—14. Tab. II. No. I.

II. Omnia planetae cuiusdam symbola ei respondent conueniuntque propter rationes aut naturales, aut philosophicas vel astrologicas. Sic animalia lenta planetis lentis, velocia velocibus, loca alta altis, depressa depressis adscribuntur ex ratione naturali; veluti anser et boa h , vraeus et aquila z , aues oscines q , vipera m ; montium cacumina h et z , loca stagnantia et arua d . Alia videas iisdem in §§. Ratione vero philosophica vel astrologica malis planetis animalia mala, bonis bona tribuuntur, veluti crocodilus et hippopotamus h et z , boues c et d . Idem valet de artibus et opificiis humanis, rerum euentibus aliisque rebus. Vid. ib. et nominatim Tab. II. v , z , y .

III. Symbolice Aegyptiorum astronomica partim est phonetica, partim symbolica. Nomina quidem rerum et cognomina sunt symbola rerum aut, quum pronunciantur, auditu percipienda; aut, quum sonis scriptis significantur, oculis vel tactu intelligenda.

IV. Phonetica astronomiae Aegyptiacae symbola sunt aut naturalia, aut philosophica, vel astrologica. Quae enim nomina et cognomina astrorum ab earum natura repetuntur, naturalia dicimus, veluti *Repha* (Tab. II. x) a splendore z nocturno petitur, et alia (II. §. 4. p. 81.). Astrologica vero ratione z vocatur *Ertosi*, *Moloch* et aliter (II. §. 4. p. 81.). Idem cadit haud dubie in reliqua nomina astronomica, quorum mentionem fecimus supra (I. §. 12. §. 16. §. 17.), et quae in scriptis astronomicis hieroglyphicis reperiantur.

V. Symbola astronomica proprie sic dicta partim physicalia, partim mythologica sunt. Ad symbola physicalia pertinent imagines hominum, animalium, vegetabilium, eorumque partes, tum artificia, instrumenta, figurae mathematicae eiusque generis alia. Sic vultur h , rana z , minister

♁, cadauer ♂, vasculum ♀ sunt symbola. Vid. Tab. II. I. §. 47. ss. Ad mythologiam vero spectant ea symbola quae philosophicis quibusdam ideis praeconceptis et expolitis nituntur. Cuius generis sunt Deorum Dearumque Aegyptiorum imagines variis modis et praeter naturam ornatae, compositae et effictae, veluti hieracocephalus pro ♀, Ibiocephalus pro ♂ et alia. Vid. Tab. II. ♁, ♀, ♂.

VI. Planetæ atque, quae eosdem planetas dominos habeant, coeli partes, paribus symbolis exprimuntur. Sic Ammon non solum ♃ planetam exprimit (II. §. 8. p. 97.), neque Accipiter et Ibis solummodo ♀ et ♂ planetas (II. §. 10. p. 155. 159.); sed eadem symbola etiam domos ♃, ♀, ♂, nec non Trigona et Tetragona significant (Tab. II. ♁, ♀, ♃, ♃ al.). Idem cadat necesse est in minores Zodiaci partes, veluti Decurias, Horia, Dodecatemoria, Moeras, quae symbolis exprimuntur planetarum eorum, qui ipsis praesent.

VII. Symbola certa nonnulla binis ternisque numinibus astronomicis sunt communia. Cadit autem hoc nonnisi in eos planetas planetarumque possessiones, quibus proprietates et vires astrologicae quaedam pares adscribebantur (I. §. 54. p. 68.). Cuius ambiguitatis tollendae gratia in scriptis astronomicis alia signa et notae distinctivae plerumque adiunguntur (Tab. II. ♁ col. ♄ et ♃ P. II. §. 22. sub. D. I. 23.).

VIII. Inter symbola astronomica non phonetica primum locum obtinent numina Aegyptiorum primaria, partim masculina, partim feminina; alia procedentia, alia stantia, alia sedentia, alia inflexa (Tab. II. ♃ ♃ ♃ ♃ ♃ ♃).

IX. Secunda symbolorum astronomicorum classis constat figuris humanis. Depinguntur vero non solum variae hominum classes, ut principes, sacerdotes, bellatores, quippe cum reliquis Aegyptiorum ordinibus planetarum dominio subiecti (I. §. 47. p. 58. ss. col. Tab. II. ♃); sed adhibentur etiam hominum varias artes et magisteria profitentium imagines ut symbola nunc planetarum, nunc numinum zodiacalium, veluti ministri pro ♁ (Tab. II. ♃ ♃; col. P. I. §. 47. p. 58. ss.).

X. De animalibus potissimum ea symbolicae astronomicae inseruiunt, quae in Aegypto maxime vulgaria sunt atque corporis habitu excellentes facile inter se dignoscuntur. Sunt autem haec partim quadrupeda lactantia (II. §. 9. col. Tab. II. ♂), partim aues et insecta (Tab. II. ♃ ♂ ♃ al. II. §. 10.), partim amphibia et serpentes (Tab. II. ♃ ♃ ♃ §. 11), partim pisces (II. §. 12.).

XI. Inter vegetabilia ea frequentissime veniunt, quae maxime in oculos cadunt et quasi nobiliora sunt reliquis, ut arbores, papyrus, lotus, alia eorumque partes (Tab. II. ♁ ♃ ♃ col. II. §. 13.).

XII. Rarius adhibentur artefacta; de quibus imprimis solidiora et grauiora reperiuntur, ut aedificia, templa, domus, utensilia, vasa, ornatus (Tab. II. No. II. Tab. II. No. I. ♂ ♂ ♃ ♃ col. Part. II. §. 14.).

XIII. Maioris momenti sunt varia Aegyptiorum instrumenta. Quum enim variae artes et opificia variis planetis sacra fuerint; sequitur, planetas iis etiam instrumentis significatos esse, quae pertinerent ad artificia ipsis dicata (Tab. II. ♃ ♄ ♃ ♃ col. II. §. 14.). Sic et arma significant ♂, quoniam bellatio ♂ erat (I. §. 49; No. 3, 5. p. 62.).

XIV. Omnium frequentissima sunt symbola Aegyptiorum astronomica ea, quae a partibus naturae minoribus, corporibus humanis, animalibus, arboribus aliisque rebus petita sunt. Huius generis sunt Solis discus, Lunae falx, stella (Tab. II. ♃ ♃ ♃ ♃), corpus humanum decapitatum (ib. ♃), membra, animalium capita, folia palmae (ib. II. ♃). Alia multa exempla exhibentur P. I. §. 49. ss. sub. No. 5. p. 58. ss.

Haec itaque sunt principia symbolicae Aegyptiorum astronomicae, quae nosse oportet, priusquam accedatur ad ipsa Aegyptiorum scripta astronomica, in quibus nunc Planetæ, nunc Zodiaci segmenta ratione illa hieroglyphica significantur.

